

Nutzungsbedingungen für Online-Angebote der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Die Online-Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek der Herzog August Bibliothek (<http://digbib.hab.de>) sind urheberrechtlich geschützt und unterliegen Nutzungsrechten. Soweit nicht anders vermerkt, stehen sie unter einer [Creative Commons Namensnennung-Weitergabe unter gleichen Bedingungen 3.0 Deutschland Lizenz](#) (CC BY-SA).



Unter diese fallen online frei verfügbare Imagedigitalisate, Strukturdaten, Volltexte, Daten aus Datenbanken (in der über OAI abfragbaren Form), Ton- und Videodokumente sowie aktuelle Publikationen. Bitte beachten Sie, dass für über die Webseiten der Herzog August Bibliothek angebotene Dokumente Dritter andere Rechte gelten können.


Erläuterung

Die Online verfügbaren digitalen Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek stehen allen Interessierten weltweit frei unter einer CC BY-SA Lizenz zur Nutzung zur Verfügung. Neben den in <http://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0/de/legalcode> ausgeführten allgemeinen Einschränkungen ist bei einer Nachnutzung Voraussetzung, dass a) der Urheber in der nachfolgend beschriebene Form genannt ist und dass b) das Angebot unter den gleichen Bedingungen, d.h. vor allem frei und unentgeltlich, erfolgt.

- a) Bei der **Namensnennung** (BY) ist Folgendes zu beachten (vgl. CC BY-SA, Abschnitt 4.a und 4.c). In Digitalisaten angebrachte Herkunftsnachweise – typischerweise die Fußleiste - dürfen als Nachweis nicht entfernt werden.¹ Zugleich muss auf der Angebotsseite an geeigneter Stelle, in jedem Fall aber innerhalb der Domain des Angebotes ein Nachweis in der folgenden Form angebracht werden: Sofern ein eigener persistenter Link (PURL, URN, etc.) verwendet wird, muss der persistente Link der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek über, unter oder neben dem eigenen persistenten Link stehen.

Im Druck:

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[Persistent URL²]>

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>> 

oder

© HAB Wolfenbüttel: 14 Astron. <<http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>>



¹ Beigefügte Maßstäbe unterliegen nicht dieser Beschränkung und dürfen entfernt werden.


² Zum Zitieren Wolfenbütteler Digitalisate s.: <http://diglib.hab.de/?link=033>

Im Internet (HTML Quelltext):

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[Persistent URL]([Persistent URL])>

oder

© HAB Wolfenbüttel <[\[Signatur\]]([Persistent URL])> 


Z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<http://diglib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>>14 Astron. 


Wenn sich auf der Seite eine zusätzliche Angabe zur Autorin oder Autor eines Beitrages findet, z.B. © [Autoname] ist folgende Form einzuhalten:

Im Druck:

© [Autoname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <Persistent URL> 

Im Internet (HTML Quelltext):

© [Autoname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <[Persistent URL]([Persistent URL])> 

Z.B © Flemming Schock. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <<http://diglib.hab.de/edoc/ed000155/start.htm>> 

- b) Bei der Bereitstellung unter **gleichen Bedingungen** ist zu beachten, dass das Werk *frei, unentgeltlich* und im Geiste der *Förderung der Kultur und Wissenschaften* zur Verfügung gestellt werden muss. Sofern dies gewährleistet ist, ist auch eine kommerzielle Nutzung, z.B. in der Wikipedia oder einem Open Access, unter CC BY-SA publizierenden wissenschaftlichen Verlag möglich. Nicht unter diese Lizenz fallen typische kommerzielle Produkte wie Verlagszeitschriften, die Nutzer kostenpflichtig erwerben müssen, zugangsbeschränkte Online-Angebote sowie Nutzungsarten, die ausschließlich auf Werbung oder andere nicht-wissenschaftliche Zwecke zielen. Für alle zuletzt genannten Fälle muss eine kostenpflichtige Sondernutzung vereinbart werden.

Nicht frei über die Homepage der Bibliothek verfügbare Angebote unterliegen gesonderten Nutzungsregeln, die von der Auskunft der Bibliothek (auskunft@hab.de) erfragt werden können. Im Übrigen gilt die Benutzungsordnung für Landesbibliotheken und die Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes Niedersachsen in der jeweils gültigen Fassung in Verbindung mit dem Niedersächsischen Verwaltungskostengesetz.

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Johannis pauli

Bibel - S. 598

[Biblia. Testamen-
tūm Vetus, Psalmi
Lat.]

en -
lmm

PSALTE

RIVM DAVIDIS

iuxta translationem ueterem, una
cum Canticis, Hymnis, & Ora
tionibus Ecclesiasticis.



3 Norimbergæ apud Ioan. Petreiu,
An. M, D, XXXVIII.

PSALTE

RIVM DAVIDS

in translationem auctorem
cum libello prolego

nomine d. h. h. h.

nomine d. h. h. h.



Nordburg und Landberg

An W. D. XXVII

LIBER PSAL²

morum.

I.



BATVS VIR QUI
non abiit in consilio im-
piorū, & in uia peccato-
rū non stetit, & in cathedra
pestilentie nō sedit.
Sed in lege Domini uolun-
tas eius, & in lege eius
meditabit die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est se-
cus decursus aquarum, quod fructum suum da-
bit in tempore suo.

Et folium eius non defluet, & omnia quęcunq;
faciet prosperabuntur.

Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem
proicit uentus a facie terrę.

Ideo non resurgent impij in iudicio, neq; pecca-
tores in consilio iustorum.

Quoniam nouit Dominus uiam iustorum, & iter
impiorum peribit.

II.

Quare fremuerunt gentes, & populi me-
ditati sunt inania?

Assiterū reges terrę & principes cō-
uenerūt in unū, aduersus Dñm & aduersus
Christum eius.

A 2

Dirum-

PSALTERIUM.

Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Zion montem sanctum eius, praedicans praecceptum eius.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus & pereatis de uia iusta.

Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

III.

D Psalmus Dauid, cum fugeret a facie Absolon filij sui.
Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me,

PSALTERIVM.

3

Iant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

Voce me ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui & soporatus sum & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumadantis me, exsurge Domine saluum me fac Deus meus.

Quonia tu percussisti omnes aduersantes michi sine causa, dentes peccatorum contriuisisti.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

III.

¶ In finem in carminibus
Psalmus David.

Cum inuocarem exaudiuit me Deus iusticie meæ, in tribulatione dilatasti michi.

Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, Dominus exaudiuit me cum clama uero ad eum.

Iraescimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus

PSALTERIUM.

edibus uestris, & in cubilibus uestris conpan-
gimini.

Sacrificate sacrificium iusticie, & sperate in Do-
mino, multi dicunt quis ostendet nobis bonas
Signatum est super nos lumen uultus tui Domi-
ne, dedisti læticiam in corde meo.

A fructu framenti uini & olei sui, multiplicati
sunt.

In pace in idipsum, dormiam & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe, consti-
tuisi me.

V.

In finem pro ea, quæ hæreditatem conse-
quitur, Psalmus Dauid.

Verba mea auribus percipe Domine, intel-
lige clamorem meum.

Intende uocem orationis mee, rex meus &
Deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies
uocem meam.

Mane astabo tibi & uidebo, quoniam non Deus
uolens iniquitatem tu es.

Necq; habitabit iuxta te malignus, necq; permane-
bunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem, per-
des omnes qui loquuntur mendacium

Virum sanguinum & dolosum abominabitur
Dominus

PSALTERIUM.

†

Dominus, ego autem in multitudine misericordiarum tuarum.

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iusticia tua, propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum uanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos.

VI.

In finem in carminibus Psalmus
Dauid, pro octaua.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

A † B

PSALTERIUM.

Et anima mea turbata est ualde, & tu Domine uſquequo?

Conuertere Domine & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis conſtebitur tibi?

Laborauit in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratam meam rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus uocem fleus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, conuertatur & erubescant ualde uelociter.

VII.

Psalmus Dauid, quem cantauit Dño pro uerbis Chuiſi filij Iemini.

Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequētibus me, & libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat neque qui ſaluum faciat.

Domine

PSALTERIUM.

5

Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas
in manibus meis.

Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam
merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam & compre-
hendat & conculcet in terra uitam meam, &
gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus
inimicorum meorum.

Et exurge Dñe Deus meus in p̄cepto qđ man-
dasti, & synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere, Dominus
iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iusticiam meam, et
secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iu-
stum scrutans corda & renes Deus.

Iustum adiutorium meum a Domino, qui saluos
facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis & patiens; nunquid ira
scetur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit:
arcum suum tetendit & parauit illum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas arden-
tibus effecit.

Ecce parturijt iniusticiam, concepit dolorem &
peperit iniquitatem.

A 5

Lacum

PSALTERIUM.

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in fontem quam fecit.

Conuerteretur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet.

Constebor Domino secundum iusticiam eius, & Psallam nomini Domini altissimi.

VIII.

In finem pro torcularibus

Psalmus David.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos.

Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam uidebo caelos tuos opera digitorum tuorum, Lunam & stellas quae tu fundasti.

Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis quoniam uisitas eum?

Minuisti eum paulominus ab angelis gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi.

Volucres caeli & pisces maris, qui perambulabant

lant semitas maris.

Domine Dominus noster, quam admirabile est
nomen tuum in uniuersa terra.

IX.

In finem pro occultis filij
Psalmus David.

Confitebor tibi Domine in toto corde
meo narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te, psallam nomi
ni tuo altissime.

In conuertendo inimicum meum retrorsum, in-
firmabuntur & peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum & causam me-
am: sedisti super thronum qui iudicas iusticiam.

Increpasti gentes & perijt impius, nomen eorum
delesti in æternum, & in seculum seculi.

Inimici defecerunt framex in finem, & ciuitates
eorum destruxisti.

Perijt memoria eorum cum sonitu, & Dominus
in æternum permanet.

Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudica-
bit orbem terræ in æquitate, iudicabit popu-
los in iusticia.

Et factus est Dominus refugium pauperi, adiutor
in oportunitatibus in tribulatione.

Et sperent in te qui non erunt nomen tuum, quo
niam non dereliquisti quærentes te Domine.
Psallite

PSALTERIVM.

Psallite Domino qui habitat in Zion, annuncia
te inter gentes studia eius.

Quoniam requirrens sanguinem eorum recorda
tus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei Domine, uide humilitatem meam
de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem
omnes laudationes tuas in portis filiae
Zion.

Exultabo in salutari tuo, infixæ sunt gentes in
interitu quem fecerunt.

In laqueo isto quem absconderunt, comprehen
sus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in ope
ribus manuum suarum comprehensus est pec
cator.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes
gentes quæ obliuiscuntur Deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, pa
tientia pauperum non peribit in finem.

Exurge Domine non confortetur homo, iudi
centur gentes in conspectu tuo.

Constitu Domine legislatorem super eos, ut
sciant gentes quoniam homines sunt.

Ut quid Domine recessisti longe, despicias in o
portunitatibus in tribulatione.

Cum superbis impius incenditur pauper, com
prehensus.

PSALTERIVM.

7

prehenduntur in consilijs quibus cogitant.
 Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime
 sue, & iniquus benedicitur.

Exacerbavit Dominum peccator, secūdum mul-
 titudinem iræ sue non queret.

Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt
 utæ illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua a facie eius, omnium ini-
 micorum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo, non movebor a gene-
 ratione in generationem sine malo.

Cuius maledictione os plenum est & amaritudi-
 ne & dolo, sub lingua eius labor & dolor.

Sedet in insidijs cum diutibus: in occultis ut in-
 terficiat innocentem.

Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in
 abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperē
 dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se & ca-
 det cum dominatus fuerit pauperum,

Dixit enim in corde suo, oblitus est David, auer-
 tit faciem suam ne videat in finem.

Exurge Domine Deus & exaltetur manus tua,
 ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius Deum? Dixit e-
 nim in corde suo, non requiret.

Vides

PSALTERIVM.

Vides quoniam in laborem & dolorem confide-
ras, ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris ad-
iutor.

Contere brachium peccatoris & maligni, quære
tur peccatum illius & non inuenietur.

Dominus regnabit in æternum & in seculum se-
culi, peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperū exaudiuit Dominus, præ-
parationem cordis eorum audiuit auris tua.

Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ul-
tra magnificare se homo super terram.

X.

In finem Psalmus David.

IN Domino confido, quomodo dicitis ani-
mæ meæ, transmigra in montem sicut pas-
fer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum,
parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagit-
tent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt, iustus au-
tem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœ-
lo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius
interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iustum & impium, qui au-
tem dili-

tem diligit iniquitatem odit animam suam.
 Pluet super peccatores laqueos, ignis, & sulphur
 & spiritus procellarum pars calicis eorum.
 Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit,
 æquitatem uidit uultus eius.

XI.

*Psalmus finem pro octaua Psal-
 mus Dauid.*

Saluum me fac Domine quoniam defecit san-
 ctus, quoniam diminutæ sunt ueritates a
 filiis hominum.

Vana loquuti sunt unusquisq; ad proximum
 suum, labia dolosa in corde, & corde locuti
 sunt.

Disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, &
 linguam magniloquam.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus
 labia nostra a nobis sunt, quis noster Domi-
 nus est?

Propter miseriam inopum & gemitum pauperū
 nunc exurgam dicit Dominus.

Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

Sto quia Domini eloquia casta, argentum igne
 examinatum, probatum terræ, purgatum se-
 ptuplum.

Tu Domine seruabis nos, & custodies nos a ge-
 neratione hac in æternum.

In circuit-

PSALTERIVM.

In circuitu impij ambulans, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

XII.

In finem psalmus David.

VSquequo Domine obliuisceris me in finem? usquequo auertis faciem tuam a me?

Quam diu ponam consilia in anima mea, dolerem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus praeualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meum in saltari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

XIII.

In finem Psalmus David.

Dixit insipiens in corde suo: non est Deus.

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dominus de caelo prospexit super filios hominum,

PSALTERIUM.

9

num, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonū, nō est usq; ad unum.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione & amaritudine plenu est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in uis eorum, & uitam pacis non cognouerunt; non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis?

Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore ubi non erat timor.

Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.

Quis dabit ex Zion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suae, exultabit Iacob & laetabitur Israel.

XIIII.

Psalmus David.

Domine quis habitabit in tabernaculo
 B tuos

PSALTERIVM.

tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, & opprobriū nō accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera sua per innocentem non accepit.

Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

XV.

¶ Tituli inscriptio ipsi David.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te, dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes uoluntates meas in eis.

Multiplicate sunt infirmitates eorum, postea ac celerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.

tu es

PSALTERIVM.

tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
 Funes ceciderunt mihi præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.
 Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & usq; ad noctem increpuerunt me renes mei.
 Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniã a dextris est mihi, ne commouear.
 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.
 Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
 Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me læticia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finem.

XVI.

¶ Oratio David.

EXaudi Domine iusticiam meam, intende deprecationem meam.
 Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis.
 De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.
 Probasti cor meum & uisitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

B z Vø

PSALTERIUM.

Vt non loquatur os meum opera hominum propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi uerba mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, ut pupilam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me, a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, adipe suum concluderunt, os eorum locutum est superbiam.

Proijcientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.

Suseperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge Domine, præueni eos & supplantas eos, eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Domine a paucis de terra diuide eos in uita eorum, & de absconditis tuis adimpletus est uenter eorum.

Saturati sunt filijs, & dimiserunt reliquias suas paruulis

PSALTERIVM.

11

parvulis suis.

Ego autem in iusticia apparebo conspectui tuo,
satiabor cum apparuerit gloria tua.

XVII.

In finem puero dñi David, qui locutus est Dño verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dñs de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit.

Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.

Protektor meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis.

In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamaui.

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

Commota est & cōtremuit terra, & fundamenta

B 3 montium

PSALTERIUM.

montium conturbata sunt & commota sunt,
quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius
exarsit, carbones succenti sunt ab eo.

Inclinauit cœlos et descendit, & caligo sub pedi-
bus eius.

Et ascendit super Cherubim & uolauit, uolauit
super pennas uentorum.

Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu e-
ius, tenebrosa aqua in nu-
bibus aeris.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt
grando & carbones ignis.

Et intonuit de cœlo Dominus, & altissimus de-
dit uocem suam, grando & carbones ignis.

Et misit, sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura
multiplicauit, & conturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt
fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua Domine, ab increpatione
spiritus iræ tuæ.

Misit de summo & accepit me, & assumpsit me
de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab ijs
qui oderunt me, quoniam confortati sunt su-
per me.

Præueniunt me in die afflictionis meæ, & fa-
ciunt

Deus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem, saluū me fecit quoniam uoluit me.

Et retribuet mihi Dñs secundū iusticiā meā, & secundū puritatē manū mearū retribuet mihi.

Quia custodiui uias Domini, nec impie gessi a Deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iusticias eius non repuli a me.

Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secundum iusticiam meam, & secundum puritatem manuum mearū in conspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.

Deus meus impoluta uia eius, eloquia Domini igne examinata, protector est omnium sperantium in se.

B 4

Quoniam

PSALTERIVM.

Quoniam quis Deus præter Dominũ, aut quis
Deus qui præcinxit me uirtute, & posuit imma-
culatam uiam meam.

Deus qui præcinxit me uirtute, & posuit imma-
culatam uiam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, et
super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti
ut arcum æreum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & de-
extra tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem, & disci-
plina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt in
firmata uestigia mea.

Persequar inimicos meos & comprehendam il-
los, & non conuertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt stare; cadent
subtus pedes meos.

Et præcinxisti me uirtute ad bellum, & supplan-
tasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odien-
tes me disperdidisti.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Do-
minum, nec exaudiuit eos.

Et cõminuam eos ut puluerem ante faciem uen-
ti, ut lutum platearum delebo eos.

Eripies

Eripies me de contradictionibus populi, consti-
tues me in caput gentium.

Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in au-
ditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inuetera-
ti sunt, & claudicauerunt a semitis suis.

Viuuunt Dominus, & benedictus Deus meus, & ex-
altetur Deus salutis meæ.

Deus qui das uindictas mihi, & subdis popu-
los sub me, liberator meus de inimicis meis
iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me, a uiro
iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domi-
ne, & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis eius, & faciens miser-
cordiã Christo suo Dauid, & semini eius usq[ue]
in seculum.

XVIII.

In finem Psalmus Dauid.

COeli enarrant gloriam Dei, & opera ma-
naum eius annunciat firmamentum.

Dies dici erudiat uerbum, & nox nocti in-
dicat scientiam.

Non sunt loquelæ neq[ue] sermones, quorum nõ
audiantur uoces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fi-
nes

B 5 nes

PSALTERIVM.

nes orbis terræ uerba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanq̃
sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit ut gigas ad currendam uiam, a summo
cœlo egressio eius.
Et occurfus eius usq̃ ad summū eius, nec est qui
se abscondat a calore eius.
Lex Domini immaculata conuertens animas, te
stimonium Domini fidele sapientiam præstās
parulis
Iusticie Domini rectæ, lætificantes corda, præce
ptum Domini lucidum illuminans oculos.
Timor Domini sanctus permanet in seculum se
culi, iudicia Domini uera iustificata in semet
ipsa.
Desiderabilia super aurum & lapidē preciosum
multum, & dulciora super mel & fauim.
Etenim seruus tuus custodis ea, in custodiendis il
lis retributio multa.
Delicta quis intelliget ab occultis meis munda
me, & ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus
ero, & emundabor a delicto maximo.
Et erunt ut complacent eloquia oris mei, & me
ditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus, & redemptor meus.

XIX

XIX.

¶ In finem Psalmus David.

EXaudi te Dominus in die tribulationis, & tegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto, & de Zion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de caelo sancto suo, in potentibus salus dexteræ eius.

Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus & erecti sumus.

Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

XX.

¶ In finem Psalmus David.

Domine in uirtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit uehementer.

De k-

PSALTERIUM .

Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Uitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutarum tuo, gloriam & magnum decorem imponens super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, & xtera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui, Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos deorsum, in reliquijs tuis preparabis uultum eorum.

Exaltare Domine in uirtute tua, cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

XXI.

XXI.

In finem pro susceptione matutina, Psalmus David.

DEUS Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? longe a salute mea uerba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, laus israel.

In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberauisti eos.

Ad te clamauerunt & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus sum ex utero.

De uentre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet,

Circun-

PSALTERIUM.

Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues
obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens
& rugiens.

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia os-
sa mea.

Fatum est cor meum tanquam cæra liquefcens in
medio uentris mei.

Aruit tanquam testæ uirtus mea, & lingua mea
adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis
deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi, con-
siliū malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos, dinumera-
uerunt omnia ossa mea.

Ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me, di-
uiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem
meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tu-
um a me, ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam, & de manu
canis unicam meam.

Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicorniū
humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio
Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum laudate eum, uniuersum
semen

semen Iacob glorificate eum .

Timeat eum omne semen Israel, quoniã nō spre-
uit neq; despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam a me , & cum clamarem
ad Deum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna, uota mea
reddam in conspectu timentium eum .

Edent pauperes & saturabuntur , & laudabunt
Dominum qui requirunt eum , uiuent corda
eorum in seculum seculi.

Reminiscentur & conuertantur ad Dominum,
uniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius , uniuersæ fami-
liæ gentium.

Quoniam Domini est regnum, & ipse domina-
bitur gentium.

Manducauerūt & adorauerunt omnes pingues
terræ, in conspectu eius cadent omnes qui de-
scendunt in terram.

Et anima mea illi uiuet , & semen meum seruiet
ipsi.

Annunciabitur Domino generatio uentura , &
annunciabunt cœli iusticiam eius, populo qui
nascetur quem fecit Dominus.

XXII.

¶ Psalmus David.

Dominus

PSALTERIUM.

Dominus regit me & nihil mihi deerit, in
loco pascuæ ubi me collocauit.
Super aquam refectiõnis educauit me, a-
nimam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iusticiæ, propter no-
men suum.

Nam etsi ambulauero in medio umbræ mortis,
non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata
sunt.

Parasti in conspectu meo mentem, aduersus eos
qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus
inebrians quam præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus di-
ebus uitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudi-
nem dierum.

XXIII.

Psalmus Dauid prima sabbati.
Domini est terra & plenitudo eius, or-
bis terrarum & uniuersi qui habitant
in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum, & super flu-
mina præparauit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis sta-
bit in loco sancto eius.

Innocens

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, quærentiũ faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prelio.

Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.

XXIII.

¶ Psalmus David.

AD te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido non erubescam.

Neque rideant me inimici mei, etenim uni uersi qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes superuacue;

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Dirige me in ueritate tua, & doce me, quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

C

Remi-

PSALTERIUM.

Reminiscere miserationū tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas, ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memeto mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis & reſus Dominus, propter hoc legē dabit delinquentibus in uia.

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites uias suas.

Vniuersæ uix Domini misericordia & ueritas, requirētibz testamentum eius & testimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propiciaberis peccato meo, multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in uia quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum, & testamentum ipsius, ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me,

Vide

Vide humilitatem meam & laborem meam, & dimitte uniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam & erue me, non erubescam, quoniam speraui in te.

Innocentes & recti adhererunt mihi, quia sustinui te.

Libera Deus Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

XXV.

¶ Psalmus David.

Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor.

Proba me Domine & teta me, ure renes meos et cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua.

Non sedi cum concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.

Ut audiam uocem laudis tue, & charrem uniuersa mirabilia tua,

C Domine

PSALTERIVM.

Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum
habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impijs animam meam, & cum uir
is sanguinum uitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eo
rum repleta est muneribus.

Ego autem in innocētia mea ingressus sum, redi
me me & miserere mei.

Pes enim meus stetit in directo, in ecclesijs bene
dicam te Domine.

XXVI.

¶ Psalmus Dauid, prius
quam liniretur.

Dominus illuminatio mea & salus mea,
quem timebo?

Dominus protector uitæ meæ, a quo
trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, ut edant
carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt
& ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra, non timebit
cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium, in hoc ego
sperabo.

Vñā petij a Domino, hāc requirā, ut inhabitem
in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ.

Vt

Vt uideam uoluptatem Domini, & uisitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam uociferationis, cantabo & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine uocem meam qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me, ne declines in iram a seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quonia pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in uia tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo uidere bona Domini, in terra uiuentium.

C 3

Exspe

PSALTERIVM.

Expecta Dominum, uiriliter age, & confortetur
cor tuum, & sustine Dominum.

XXVII. ¶ David.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne fi-
leas a me, ne quādo taceas a me, & assi-
milabor descendentibus in lacum.

Exaudi Domine uocem deprecationis meæ, dū
oro ad te, dum extollo manus meas ad tem-
plum sanctum tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum
operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquantur pacē cum proximo suo, mala au-
tem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum, & secundum ne-
quitiam adinventionum ipsorum.

Secundum opera manū eorum tribue illis, red-
de retributionem eorum ipsis.

Qm̄ nō intellexerūt opera Dñi, & in opera ma-
nuū eius destrues illos & nō ædificabis eos.

Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit uocē
deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus & protector meus, & in
ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.

Et resloruit caro mea, & ex uoluntate mea confi-
tebor ei.

Dominus fortitudo plebis sue, & protector sal-
uationum Christi sui est.

Saluum

Saluum fac populum tuum Domine, & benedic
hereditati tuę, & rege eos, & extolle illos usq[ue]
in æternum.

XXVIII.

¶ Psalmus David in consumma-
tione tabernaculi.

Afferte Domino filij Dei, afferte Domino
filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, af-
ferte Domino gloriam nomini eius, adorate
Dominum in atrio sancto eius.

Vox Domini super aquas, Deus maiestatis into-
nuit, Dominus super aquas multas.

Vox Domini in uirtute, Vox Domini in magni-
ficentia.

Vox Domini confringentis cedros, & confrin-
get Dominus cedros libani.

Et comminuet eas tanquam uitulū libani, & dile-
ctus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis, uox
Domini concutientis desertum, & commoue-
bit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis ceruos, & reuela-
bit condensa, & in templo eius omnes dicent
gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit
Dominus rex in æternum.

C 4

Dominus

PSALTERIVM.

Dominus uirtutem populo suo dabit, Dominus
benedicet populo suo in pace.

XXIX.

¶ Psalmus cantici in dedicatione
domus David.

EXaltabo te Domine, quoniam suscepisti
me, nec delectasti inimicos meos super
me.

Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti
me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam, sal-
uasti me a descendantibus in lacum.

Psallite Domino Sancti eius, & confitemini me-
morix sanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uo-
luntate eius.

Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matuti-
num leticia.

Ego autem dixi in abundantia mea, non moue-
bor in æternum.

Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo
uirtutem.

Auertisti faciem tuam a me, & factus sum contur-
batus.

Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum de-
precabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in
corruptionem?

Nunquid

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuncia-
bit ueritatem tuam?

Audiuit Dominus & misertus est mei, Domi-
nus factus est adiutor meus.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi,
concidisti saccum meum, & circumdedisti me
læticia.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar,
Domine Deus meus in eternū cōfitebor tibi.

XXX.

In finem pro extasi Psalmus Dauid.

IN te Domine speraui, nō confundar in æter-
num, in iusticia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eru-
as me.

Esto mihi in Deum protectorem & in domum re-
fugij, ut saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es
tu, & propter nomē tuum deduces me & e-
nutries me.

Educes me de laqueo hoc quem absconderunt
mihi, quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum, rede-
misti me Domine Deus ueritatis.

Odisti obseruantes uanitates superuacue.

Ego autem in Domino speraui, exultabo & læ-
tabor in misericordia tua.

C 5

Quoniam

PSALTERIUM.

Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti
de necessitatibus animam meam:

Nec cōclusisti me in manibus inimici, statuisti in
loco spaciofo pedes meos.

Miserere mei Domine quoniam tribulor, cōtur
batus est in ira oculus meus, anima mea & uen
ter meus.

Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei
in gemitibus.

Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa
mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum oppro
briū uicinis meis ualde, & timor notis meis.

Qui uidebant me, foras fugerunt a me, obliuioni
datus sum tanquam mortuus a corde.

Factus sum tanquā uas perditum, quoniam audi
uī uituperationem multorum commorantium
in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me, acci
pere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui Domine, dixi, Deus me
us es tu, in manibus tuis fortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & a per
sequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum
me fac in misericordia tua, Domine non con
fundar, quoniam inuocaui te.

Erubef-

Erubescant impij & deducantur in infernum, m^u
ta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in
superbia & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domi-
ne, quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filio-
rum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a con-
turbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, a contraditio-
ne linguarum.

Benedictus Dominus, quoniam mirificauit mise-
ricordiam suam mihi, in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ, proiectus
sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti uocem orationis meæ, dum clama-
rem ad te.

Diligite Dominum omnes Sancti eius, quoniam
ueritatē requirit Dominus, & retribuet abun-
danter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, om-
nes qui speratis in Domino.

XXXI.

¶ Intellectus Dauid.

Bati quorum remissæ sunt iniquitates, &
quorum tecta sunt peccata.

Beatus

PSALTERIVM.

Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum, neo est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerūt ossa mea, dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est sup me manus tua, conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniusticiā meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam Dño, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuiō aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugiū meū a tribulatiōe quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me a circūdatibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloria mini omnes recti corde.

XXXII.

¶ In finem Psalmus Dauid.

EXultate iusti in Domino, rectos decet col-
laudatio.

Confitemini Domino in cithara, in psalte-
rio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in
uociferatione.

Quia rectum est uerbum Domini, & omnia ope-
ra eius in fide.

Diligit misericordiam & iudicium, misericordia
Domini plena est terra.

Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris
eius omnis uirtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris, potens in
thesauris abyssos.

Timet Dominum omnis terra, ab eo autem cō-
mouentur omnes in habitantes orbem.

Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit
& creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium, reprobat au-
tem cogitationes populorum, & reprobat con-
silia principum.

Consilium autem Domini in æternum manet,
cogitationes cordis eius in generatione &
generationem.

Beata gens cuius est Dominus Deus eius, po-
pulus

PSALTERIVM.

pulus quem elegit in hereditatem sibi.

De caelo respexit Dominus, uidit omnes filios hominum.

De preparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

Qui finxit sigillarim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluatur rex per multam uirtutem, & gigas nō saluabitur in multitudine uirtutis suæ.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autē uirtutis suæ non saluabitur.

Ecce oculi Domini super metuētes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quem admodum sperauimus in te.

XXXIII.

¶ Psalmus Dauid, cum mutauit uultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.

Benedicam Dominū in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

In

In Domino laudabitur anima mea, audiant man-
sueti & lætentur.

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus
nomen eius in idipsum.

Exquisiui Dominum & exaudiuit me, & ex om-
nibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum & illuminamini, & facies ue-
stræ non confundentur.

Iste pauper clamauit, & Dñs exaudiuit eum, & de
omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immitret angelus Domini in circuitu timentium
eum, & eripiet eos.

Gustate & uideate quoniam suavis est Dominus,
beatus uir qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam
non est inopia timentibus eum.

Diuites egerunt & esurierunt, inquirentes aut
Dominum non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me, timorem Domini doce-
bo uos.

Quis est homo qui nult uitam? diligit dies uide-
re bonos?

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne lo-
quantur dolum.

Diuerte a malo & fac bonum, inquire pacem &
persequere eam.

Oculi Domini super iustos, & apures eius in pre-
ces eorum,

Vultus

PSALTERIUM.

Vultus autem Domini super facientes mala, ut
perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos,
& ex omnibus tribulationibus eorum libera
uit eos.

Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde,
& humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorū, & de omnibus his
liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex
his non conteretur.

Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustū
delinquent.

Redimet Dominus animas seruatorum suorum, &
non delinquent omnes qui sperant in eo.

XXXIII.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

Iudica Domine nocentes me, expugna impu-
gnantes me.

Apprehende arma & scutum, & exurge in ad-
iutorium mihi.

Effunde frameā & cōclade aduersus eos q̄ perse-
quūtur me, dic animæ meæ salus tua ego sum.

Confundantur & reuerentur, quærentes animā
meam.

Auertantur retrorsum & confundantur, cogitan-
tes mihi mala,

Fiant

Fiant tanquam puluis ante faciem uenti, & angelus Domini coartans eos.

Fiant uix illorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum in qui sui, superuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipso.

Anima autem mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, Dñe quis similis tibi.

Eripiens inopem de manu fortiolem eius, egenum & pauperem a diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.

Retribuerebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar.

Et aduersum me lætati sunt & conuenerunt.

D

congre-

PSALTERIVM.

eōgregata sunt super me flagella, & ignorauit.
Dissipati sunt nec cōpuncti, tentauerunt me, sub-
fannauerunt me subfannatione, frenduerunt su-
per me dentibus suis.
Domine quando respicies? restitue animā meā a
malignitate eorū, a leonibus unīcam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gra-
ui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi
inique, qui oderūt me gratis & annuūt oculis.
Quoniam mihi quidē pacifice loquebantur, & in
iracundia terræ loquētes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt eu-
ge euge uiderunt oculi nostri.
Vidisti Dñe ne sileas, Dñe ne discedas a me.
Exurge & intēde iudicio meo Deus meus, & Do-
minus meus in causam meam.
Iudica me secundum iusticiam tuam Domine De-
us meus, & non supergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus suis euge euge animæ
nostræ, nec dicant deuorabimus eum.
Erubescant & reuereantur simul, qui gratulan-
tur malis meis.
Induantur confusione & reuerentia, qui maligna
loquuntur super me.
Exultēt & lætētur quolūt iusticiā meā, & dicant
semp, magnificetur Dñs, q uolunt pacem serui
suis, Et lin-

Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam, tota
die laudem tuam.

XXXV.

In finem seruo Domini David.

Dixit iniustus ut delinquat in semetipso,
non est timor Dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu eius,
ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intel-
ligere ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit
omni uitæ nō bonæ, maliciā autē non odiuit.

Domine in cælo misericordia tua, & ueritas tuæ
usq; ad nubes.

Iusticia tua sicut montes Dei, iudicia tua aby-
sus multa.

Homines & iumenta saluabis Dñe, quemadmo-
dum multiplicasti misericordiam tuam Deus.

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum
sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torren-
te uoluptatis tuæ potabis eos.

Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo
uidebimus lumen.

Prætede Domine misericordiam tuam scienti-
bus te, & iusticiam tuam his qui recto sunt
cordes.

D 2 Non

PSALTERIUM.

Non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatē, expulsi sunt nec potuerunt stare.

XXXVI.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

NOli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquam fœnum uelociter arefcunt, & quemadmodum olera herbarum cito decident.

Spera in Domino & fac bonitatem, & inhabitabit terram, & pascet in diuitijs eius.

Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela Domino uiam tuam & spera in eo, & ipse faciet.

Et deducet quasi lumen iusticiam tuam, & iudicium tuum tanquã meridiem, subditus esto Domino, & ora eum.

Noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniusticias.

Desine ab ira & derelinque furorem, noli æmulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt ætatem,

Et adhuc

Et adhuc pusillum & non erit peccator, & quæ-
res locum eius & non inuenies.

Manfueti autem hereditabunt terram, & delecta-
buntur in multitudine pacis.

Obferuabit peccator iustum, & stridebit super
eum dentibus illis.

Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit
quod uentet dies eius.

Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt
arcum suum.

Vt decipiant pauperem & inopem, ut trucident
rectos corde:

Gladus eorum intret in corda ipsorum, & arcus
eorum confringatur.

Melius est modicum iusto, super diuitias pecca-
torum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur, con-
firmat autem iustos Dominus.

Novit Dominus dies immaculatum, & hære-
ditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus
famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.

Inimici uero Domini mox ut honorificati fue-
rint & exaltati, deficientes quemadmodum fu-
mus deficient.

Mutuatur peccator & non soluet, iustus autem
miseretur & retribuet.

D 3

Quia

PSALTERIVM.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet.

Dum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.

Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit,

Declina a malo & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.

Quia Dominus amat iudiciũ, & nõ derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.

Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.

Dominus autẽ non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta Dominum & custodi uiam eius, & exaltabit te ut hæreditate capias terrã, cum perierint peccatores uidebis.

Vidi

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani.

Ei transiui & ecce non erat, quæsiui eum & non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam & uide æquitatem, quoniã sunt reliquæ homini pacifico.

Iniusti autem disperibunt, simul reliquæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorum a Domino, & protectos eorum in tempore tribulationis.

Et adiunabit eos Dominus & liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos quia sperauerunt in eo.

XXXVII.

Psalmus David in rememoratione die sabbati.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Nō est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis, a facie peccatorū meorū.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ.

PSALTERIVM.

Miser factus sum, & curuatus sum usq; in finem,
tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, et
non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebā
a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum, & ge-
mitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me uir-
tus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum
non est mecum.
Amici mei & proximi mei, aduersum me appro-
pinquauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt, & uim
faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt uanita-
tes, & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam, & si-
cut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens, & non ha-
bens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me
Domine Deus meus.
Quia dixi nequādo supergaudeant mihi inimici
mei, & dum commouentur pedes mei, sup me
magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus
in conspectu meo semper. Quo-

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autē mei uiuunt & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderūt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum Domine Deus factus es mihi in salutem.

XXXVIII.

In finem pro Idithum, canticum Dauid.

Dixi custodiam uias meas, ut nō delinquā in lingua mea.

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis, & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamē uniuersa uanitas omnis homo uiuēs.

D 5 Ve-

PSALTERIVM.

Veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.

Theaurizat, & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui & non aperui os meum, quoniã tu fecisti, amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, ppter iniquitatẽ corripuisti hoïem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius, ueruntamen uane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam Dñe, & deprecationẽ meam, auribus percipe lachrymas meas.

Ne fileas, quoniã aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

XXXIX.

In finem Psalmus Dauid.

EXpectans expectaui Dominum, & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserix & de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.

Et immi-

Et immisit in os meū canticū nouum, carmē Deo nostro.

Videbunt multi & timebūt, & sperabūt in Dño. Beatus uir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in uanitates & infanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilis tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi.

Holocauftum & pro peccato non postulasti, tūc dixi ecce uenio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem uoluntatem tuam, Deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iusticiam tuā in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.

Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, ueritatem tuam & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam & ueritatē tuam a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe faciās miseraciones tuas a me, misericordia & ueritas tua semper susceperunt me.

Quoniā

PSALTERIVM.

Quoniam circumdederunt me mala quorum nō est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me, Domine ad adiuuandum me respice.

Confundatur & reuereantur simul, qui quærunť animam meam ut auferant eam.

Auertatur retrorsum & reuereantur, qui uolunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge.

Exultent & lætentur super te omnes quærentes te, & dicant semper, magnificetur Dominus qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum & pauper, Domine sollicitus est mei.

Adiuutor meus & protector meus es tu, Deus meus ne tardaueris.

XL.

¶ In finem Psalmus David.

Beatuſ uir qui intelligit ſup egenũ & pauperem, in die mala liberabit eũ Dominuſ. Dominuſ conſeruet eum & uiuificet eum, & beatam faciat eum in terra, & non tradat eũ in animam inimicorum eiũſ.

Dominuſ

Dominus opē ferat illi sup lectū doloris ei⁹, unī
uersum stratū eius uersasti in infirmitate eius.

Ego dixi Domine miserere mei, sana animam me
am, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morie-
tur & peribit nomen eius?

Etsi ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur
cor eius, congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei, ad-
uersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerūt aduersum me, nū
quid qui dormit non adijciet ut resurgat?

Btē homo pacis meæ in quo speraui, q̄ edebat
panes meos, magnificauit sup me sup plarationē

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me,
& retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniā nō
gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti, & cō
firmasti me in cōspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus De⁹ Israel, a seculo & usq̄
in seculum, fiat fiat.

XLI.

¶ In finem intellectus filijs Cho-
ræ, Psalmus Dauid.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fon-
tes

PSALTERIVM:

tes aquarum, ita desiderat anima mea ad te
Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem uiuum, quan
do ueniam & apparebo ante faciem Dei.

Fuerūt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, dū
dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus.

Hęc recordatus sum, & effudi in me animam me
am, quoniā transibo in locum tabernaculi ad
mirabilis usq; ad domum Dei.

In uoce exultatiōis & cōfessiōis, sonus epulātis.
Quare tristis es aīa mea, quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc consistebor illi,
salutare uultus mei & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est, propte
terea memor ero tui de terra Iordanis & Her
monijm a monte modico.

Abyssus abyssum inuocat, in uoce cataractarum
tuarum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui, sup me trāsierūt
In die mandauit Dominus misericordiam suam,
& nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo uitę meę, dicam Deo su
sceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contristatus ince
do, dum affligit me inimicus?

Dum coufringuntur ossa mea, exprobrauerunt
mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum

Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spero in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & Deus meus.

XLII.

¶ Psalmus David.

Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me reprobasti & quare tristis incedo, dum affligit me iniquus?

Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & Deus meus.

XLIII.

¶ In finem filijs Choræ ad intellectum.

Deus auribus nostris audiuiimas, patres nostri annunciauerunt nobis.

Opus

PSALTERIVM.

Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos & expulisti eos.
Nec enim in gladio suo possederūt terrā, & brachium eorum non saluauit eos.
Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui, quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob.
In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Nō enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confundisti.
In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo cōfitebitur in secula.
Nunc autem repulisti & confundisti nos, & non egredieris Deus in uirtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui oderunt nos, diripiebant sibi.
Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum:
Posuisti nos opprobrium uicinis nostris, subfan
nationem

nationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro:

Posuisti nos in similitudinem gentibus, cōmotio-
nem capitis in populis.

Tota die uerecundia mea contra me est, & con-
fusio faciei meæ cooperuit me.

A uoce exprobrantis & obloquentis, a facie ini-
mici & persequentis.

Hęc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus
te, & inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum, & declinasti se-
mitas nostras a uia tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, &
cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomē Dei nostri, & si expandi-
mus manus nostras ad Deū alienū. (cordis.

Nōne Deus, requirit ista: ipse enim nouit abscondita
Quoniam, propter te mortificamur tota die, æsti-
mati sumus sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis Domine: exurge & ne
repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopia
nostræ, & tribulationis nostræ?

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra,
conglutinatus est in terra uenter noster.

Exurge Domine adiuua nos, & redime nos pro-
pter nomen tuum.

PSALTERIUM.

XLIIII.

In finē pro his qui cōmutabuntur, filijs Chorē ad intellectum, Canticū pro dilecto.

Ructauit cor meū uerbū bonū, dico ego opera mea regi. (bentis.)
Lingua mea calam⁹ scribæ, uelociter scripsit.
Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, p̄pterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo, sup femur tuū potētissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna.

Propter ueritatem & mansuetudinem & iusticiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga directio nis uirga regni tui.

Dilexisti iusticiā & odisti iniquitatē, p̄pterea unxit te De⁹ Deus tu⁹ oleo lēticię p̄ cōsortibus tuis.

Myrra & gutta & cassia a uestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filie regnum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietate.

Audi filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui.

Et

Et concupifcet rex decorē tuū, quoniā ipse eſt
Dominus Deus tuus, & adorabis eum.

Et filia Tyri in muneribus, uultum tuum depre-
cabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria filix regis ab intus, in ſimbrijs au-
reis circumamicta uarietatibus.

Adducentur regi uirgines poſt eam, proximæ
eius afferentur tibi.

Afferentur in læticia & exultatione, adducentur
in templum regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues
eos principes ſuper omnem terram.

Memor ero nominis tui, in omni generatione &
generatione.

Propterea populi conſitebuntur tibi in æternū,
& in ſeculum ſeculi.

XLV.

In ſinem filijs Choræ pro arcanis Pfalmus.

Deus noſter refugiu & uirtus, adiutor in tri-
bulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur
terra, & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum, contur-
bati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, ſancti-
ficauit tabernaculum ſuum altiffimus.

Deus in medio eius, non commouebitur, adiua-
bit eam Deus mane diluculo.

B 2

PSALTERIUM.

Conturbatæ sunt gētes, & inclinata sunt regna,
dedit uocem suam, mota est terra.

Dñs uirtutū nobiscū, susceptor noster de⁹ Iacob.
Venite & uidete opera Dñi, quæ posuit p̄digia
super terrā, auferens bella usq; ad finē terræ.

Arcum conteret & confringet arma, & scuta cō-
buret igni.

Vacate & uidete, qm̄ ego sum De⁹, exaltabor in
gentibus, & exaltabor in terra.

Dñs uirtutū nobiscū, susceptor noster Deus Ia-
XLVI. (cob.

¶ In finem pro filijs Choræ, Psalmus.

OMnes gentes plaudite manibus, iubilate
Deo in uoce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus terribilis,
rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus
nostris.

Elegit nos hereditatē suā, speciē Iacob q̄ dilexit:
Ascēdit De⁹ in iubilo, & Dñs in uoce tubæ.

Psalite Deo nostro psallite, psallite regi nostro
psallite.

Quoniā rex omnis terræ De⁹ psallite sapiēter.

Regnauit Deus super gentes, Deus sedet super
sedem sanctam suam.

Principes populorū cōgregati sunt cū Deo A-
brahā, qm̄ dij fortes terræ uehementer eleuati
sunt.

XLVII.

Psalm⁹ Cantici filijs Chore secūda die sabbat̃.

Magnus Dñs & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

Fundatur exultatiōe uniuersæ terræ, mōs Zion latera aquilonis, ciuitas regis magni.

De⁹ in domibus ei⁹ cognoscetur, cū suscipiet eā. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in unum.

Ipsi uidentes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, & in spiritu uehemēti conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate Dñi uirtutū, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eā in æternum. (pli tui.

Suscepim⁹ Deus misericordiā tuā, in medio tem⁹ Secundum nomen tuum Deus. sic & laus tua in fines terræ, iusticia plena est dextera tua.

Læretur mons Zion & exultent filix ludæ, propter iudicia tua Domine.

Circumdate Zion & complectimini eam, narrete in turribus eius.

Ponite corda uestra in uirtute eius, & distribuite domos eius ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum & in seculum seculi, ipse reget nos in secula,

PSALTERIVM.

XL VIII.

AIn finem pro filijs Chorg, Psalmus.
Vdite hæc omnes gentes, auribus percipi
te omnes qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenæ & filij hominum, simul in
unum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam, & meditatio
cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam
in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei
circumdabit me.
Qui confidunt in uirtute tua, & in multitudine
diuitiarum suarum gloriautur.
Fratres non redimit, redimet homo? & non dabit
Deo placationem suam.
Et precium redemptionis animæ suæ, & labora-
bit in æternum, & uiuet adhuc in finem.
Non uidebit interitum cum uiderit sapiētes mo-
rientes, simul insipiens & stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra
eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progenie & progenie, uo-
cauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo cum in honore esset nō intellexit, com-
paratus est iumentis insipientibus, & similis
factus est illis.

Hæc

Hæc uia illorum scandalum ipsis, & postea in ore
suo complacebunt.

(Cos.

Sicut oves i inferno positi sunt, mors de pacet e-
Et dominabuntur eorū iusti in matutino, & au-
xiliū eorū ueterascet in inferno a gloria eorū.
Veruntamen Deus redimet animam meam de
manu inferi, cum acceperit me.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cū
multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quontam cum interierit non sumet omnia, neq̄
descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in uita ipsius benedicetur, con-
fitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit usq̄ in progenies patrum suorum, &
usq̄ in æternum non uidebit lumen.

Homo cū in honore esset nō intellexit, cōparat̄
est iumētis insipiētibus, & similis factus est illis.

X L I X.

¶ Psalmus Asaph.

Deus deorum Dominus locutus est, & uo-
cauit terram.

A solis ortu usq̄ ad occasum, ex Ziō spe-
cies decoris eius.

Deus manifeste ueniet, De⁹ noster et nō silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu
eius tempestas ualida.

Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere
populum suum.

B 4 Cor-

PSALTERIUM.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annuntiabunt cœli iusticiam eius, quoniam Deus iudex est.

Audi populus meus & loquar, Israel, & testificabor tibi, Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam mœx sunt omnes feræ sylvarum, iumentum in montibus & boues.

Cognoui omnia uolatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriro, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua.

Et inuoca me in die tribulationis, & eruum te & honorificabis me.

Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

Si uidebas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os

Os tuum abundauit malicia, & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loquaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, hæc fecisti & tacui.

Existimasti inique quod ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat & non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

L.

Psalmus Dauid, cum uenit ad eum Nathan propheta postquam intrauit ad Bethsabe.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

E s

PSALTERIVM.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor, la-
uabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & læticiam, & exul-
tabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuā a peccatis meis, & omnes ini-
quitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectū
innoua in uisceribus meis.

Ne proicias me a facie tua, & spiritū sanctum tu-
um ne auferas a me.

Redde mihi læticiam salutaris tui, & spiritu prin-
cipali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas, et impij ad te cōuertent̄.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis
meæ, & exultabit lingua meā iusticiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annuncia-
bit laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem: utiq̄
holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor con-
tritum & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona uoluntate tua Zi-
on, ut ædificentur muri Hierusalem.

Tūc acceptabis sacrificiū iusticiæ, oblationes &
holocausta, tūc imponēt sup altare tuū uitulos.

L I.

¶ In finem intellectus Dauid, cum uenit ad eum
Doeg

Doeg Idumæus & nunciauit Sauli, & dixit, uenit
Dauid in domum Abimelech.

Quid gloriaris in malicia, qui potens es
in iniquitate?
Tota die iniusti cum cogitauit lingua
tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti maliciam super benignitatem, iniquita-
tem quam loqui æquitatem.

Dilexisti oia uerba precipitationis, lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te in finem, euellet te
& emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem
tuam de terra uiuentium.

Videbunt iusti & timebunt, & super eum ride-
bunt, & dicent, ecce homo qui non posuit De-
um adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum,
& præualuit in uanitate sua.

Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, spau-
i in misericordia dei in æternū, et in seculū seculi.

Confitebor tibi in seculum quia fecisti, & exspe-
ctabo nomē tuum, quoniam bonum est, in con-
spectu sanctorum tuorum.

LII.

D In finē intellectus Dauid, p̄ Mahalath.
Dixit inspiens in corde suo, nō est Deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt
in

PSALTERIVM.

in iniquitatibus, non est qui faciat bonum.
Deus de cœlo p̄spexit super filios hominū, ut uī
deat si est intelligens aut requirens Deum.
Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, nō
est qui faciat bonum, non est usq; ad unum.
Nonne scient omnes qui operantur iniquitatē,
qui deuorant plebem meam ut cibum panis:
Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt ti
more, ubi non erat timor.

Quoniā Deus dissipauit ossa eorum q̄ hominib;
placēt, cōsulū sunt, quoniā Deus spreuit eos.
Quis dabit ex Zion salutare Israel: cum conuer
terit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit
Iacob & lætabitur Israel.

LIII.

In finem in carminibus intellectus Dauid, cū
uenissent Ziphæi, & nunciassent Sauli, non
ne Dauid absconditus est apud nos?

Deus in nomine tuo saluum me fac, & in
uirtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam, auribus
percipe uerba oris mei.

Quoniam alieni infurraxerūt aduersum me, &
fortes quæserunt animā meā, & non proposu
erunt Deum ante conspectum suum.

Eccē enim Deus adiuuat me, & Dominus susce
ptor est animæ meæ,

Auerte

Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

LIIII.

In finem in carminibus intellectus Dauid.

EXaudi De⁹ orationē meā, & ne despexeris deprecationem meā, intende mihi & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a uoce inimici, & a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatū est in me, & formido mortis cecidit super me. (me tenebrę.)

Timor & tremor uenerūt sup me, & cōtexerunt Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam?

Ecce elongauit fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit, a pusillanimitate spiritus & tempestate.

Præcipita Domine, diuide linguas eorū, quā uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circūdabit eā sup muros eius iniquitates, & labor in medio eius & iniusticia.

PSALTERIVM.

Et non defecit de plateis eius, usura & dolus.
 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, su-
 stinuissem utiq.

Et si is qui oderat me super me magna locutus fu-
 isset, abscondissem me forsitan ab eo.

Tu uero homo unanimes, dux me⁹ & not⁹ meus.
 Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in do-
 mo Dei ambulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos, & descendant in infer-
 num uiuentes.

Quoniam nequicia in habitaculis eorum, in medio eorum.
 Ego autem ad Deum clamaui, & Dominus saluabit me.
 Vespere & mane & meridie narrauo & annuncia-
 bo, & exaudiet uocem meam.

Redimet in pace animam meam ab his qui appropin-
 quant mihi, quoniam inter multos erant mecum.
 Exaudiet deus & humiliabit illos, quod est ante secula.
 Non enim est illis commutatio, & non timuerunt
 Deum, extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab
 ira uultus eorum, & appropinquauit cor illi. (cula.
 Molliti sunt sermões eius super oleum, & ipsi sunt in
 lacta super Dominum curam tuam & ipse te enutri-
 et, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Tu uero Deus, deduces eos in puteum interitus.
 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies
 suos, ego autem sperabo in te Domine.

LV.

In finē pro populo qui a Sanctis longe factus est, in tituli inscriptione ipsi David, cum tenuerunt eum Allophili in Geth.

Miserere mei Deus qm̄ cōculcauit me homo, tota die impugnās tribulauit me. Conculcauerūt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo, ego uero in te spabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die uerba mea execrabātur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos, in ira populos confringes.

Deus uitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacūq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo uerbū, in dño laudabo sermonē in Deo spauī nō timebo qd̄ faciat mihi homo.

In me sunt de⁹ uota tua, q̄ reddā laudatiōes tibi.

Qm̄ eripuisti animam meam de morte, & pedes meos

PSALTERIVM.

meos de lapsu, ut placeat coram Deo in lumine iu-
uentium.

LVI.

In fine ne disperdas, David in tituli inscriptione,
ne, cum fugeret a facie Saul in speluncam.

Miserere mei Deus miserere mei, quoniam
in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarum sperabo, do-
nec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui bene-
fecit mihi.

Misit de caelo & liberauit me, dedit in opprobri-
um conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam & ueritatem su-
am, & eripuit animam meam de medio catulo-
rum leonum, dormitui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, &
lingua eorum gladius acutus.

Exaltate super caelos Deus, & in omnem terram
gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurua-
uerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.
Paratum cor meum Deus, paratum cor meum,
cantabo & psalmum dicam Domino.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & citha-
ra, exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine, & psalmum
dicam tibi in gentibus.

Quoni-

Quoniam magnificata est usq; ad cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.

Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

LVII.

In finē ne dispēdas David in tituli inscriptiōe.

Suere utiq; iusticiam loquimini, recte iudicare filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniusticias manus uestræ concinnant.

Aliēnati sunt peccatores a uulua, errauerunt ab uero, locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinē serpētis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.

Quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenēfici incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorū, molas leonum confringet Dominus.

Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrēs, intendit arcum suum donec infirmetur.

Sicut cæra q̄ fluit auferentur, supercecidit ignis & non uiderunt solem.

Priusquam intelligerent spinæ uestræ thamnū, sicut uiuentes sic in ira absorbet eos.

Lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas leuabit in sanguine peccatoris.

F Et

PSALTERIUM.

Et dicet homo, si utiq; est fructus iusto, utiq; est
Deus iudicans eos in terra.

LVIII.

In finem ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul & custodiuit domum eius ut interficeret eum.

ERipe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me. (tes.

Quia ecce ceperunt aiam meam, irruerunt in me for-
Nec iniquitas mea nec peccatum meum Domine, sine iniquitate cucurri & direxi.

Exurge in occursum meum & uide, & tu Domine Deus uirtutum Deus Israel.

Intende ad uisitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertentur ad uesperam & famem patientur ut canes, & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodia, quia Deus susceptor meus, Deus meus misericordia eius proueniet me.

Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei.

Disperge

Disperge illos in uirtute tua, & depone eos pro
 tector meus Domine.

Delictum oris eorū, sermonem labiorū ipsorum,
 & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mēdacio annūciabunt in cō
 summatioe, in ira cōsummatiois & non erunt.

Et sciēt q̄a De⁹ dominabit̄ Iacob, & finīū terræ.

Conuertentur ad uesperam & famem patientur
 ut canes, & circūbunt ciuitatem.

Ipsi dispergētur ad manducandum, si uero non
 fuerint saturati & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exalta
 bo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meū
 in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor
 meus es, Deus meus misericordia mea.

LIX.

In finem pro his qui immutabūtur, in tituli in
 scriptione David in doctrinam, cum succendit
 Mesopotamiā Syriæ, & Syriam Sobal, & cōuer
 rit Iobab, & percussit Edom, in ualle Salinarum
 duodecim millia.

Deus repulisti nos & destruxisti nos, iras⁹
 es, & misertus es nobis.

Commouisti terram & conturbasti eam,
 sana contritiones eius quia commota est.

F 2

Osten

PSALTERIUM.

Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino cō
punctionis.

Dedisti metuentibus te significationem, ut fugi-
ant a facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua
& exaudi me.

Deus locu^s est in sancto suo, letabor & partibor
Sichimam, & cōuallē tabernaculorū metibor.

Meus est Galaad & meus est Manasses, & Ephra
im fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus, Moab oīla spei meæ.

In Idumæam extendam calciamentum meum, mē
hi alienigenæ subdiri sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis de
ducat me usq; in Idumæam?

Nonne tu Deus q̄ repulisti nos? & nō egredieris
De^s in uirtutibus nostris? (hoīs.)

Da nobis auxiliū de tribulatione, q̄a uana salus
In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum de
ducat tribulantes nos.

LX.

In finem in hymnis Dauid.

EXaudi Deus deprecationem meam, inten-
de orationi meæ.

EA sinibus terræ ad te clamaui dum anxia-
retur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me quia factus es spes mea, turris for-
titudinis a facie inimici, Inha-

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, profe-
gar in uelamento alarum tuarum.

Quoniã tu Deus meus exaudisti orationẽ meã,
dedisti hæreditatẽ timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adicies, annos eius usq; in
diem generationis & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei, miseri-
cordiam & ueritatem eius quis requireret?

Sic psalmũ dicam nomini tuo in seculum seculi,
ut reddam uota mea de die in diem.

LXI

In finem pro Idithum Psalmus David.

Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ip-
so enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus & salutaris me-
us, susceptor meus, non mouebo amplius.

Quousq; irruitis in hoïem, interficitis uniuersũ
uos, tanq; parieti inclinato & maceriq; depulsũ.

Veruntamen precium meum cogitauerunt repel-
lere, cucurri in siti, ori suo benedicebãt, & cor-
de suo maledicebant.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quo-
niam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus & saluator meus, adiutor
meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum & gloria mea, Deus auxi-
lij mei, spes mea in Deo est.

F 3 Spera-

PSALTERIVM.

Sperate in eo omnis cōgregatio populi, effundite coram illo corda uestra, Deus, adiutor noster in æternum.

Veruntñ uani filiū hoīm, mendaces filij hoīm in stateris, ut decipiāt ipsi de uanitate in idipsum
Nolite spere i iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluāt nolite cor apponere.
Semel locut⁹ est De⁹, duo hæc audiui, q̄a potestas Dei est & tibi Dñe misericordia, q̄a tu reddes unicuiq̄ iuxta opera sua.

LXII.

¶ Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumæe.
Deus Deus meus, ad te de luce uigilo.
Sisiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta inuia & iniqua, sic in sancto apparui tibi, ut uiderē uirtutē tuā & gloriā tuā.
Quoniam melior est misericordia tua super uitas, labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in uita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratū meū, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.

Et in uelamento alarū tuarū exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

Ipsi uero in quantum quæserunt animam meam, in troibunt

troibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt.

Rex uero lætabit in Deo, laudabuntur oēs qui iurāt in eo, quia obstruēt est os loquentium iniqua.

LXIII.

In finem Psalmus David.

EXaudi Deus orationē meā cū deprecor, a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a cōuentu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exaceruēt ut gladiū linguas suas, intēderūt arcū rē amarā, ut sagittēt in occultis immaculatis. Subito sagittabūt eū & nō timebūt, firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt ut absconderent laqueos, dixerūt quis uidebit eos.

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scruta-

Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui uidebant eos, & timuit omnis homo.

Et annunciauerūt opa Dei, & facta eius intellexit. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

LXIII.

In fine Psalmus David, canticum Hieremiæ,

F 4 &

PSALTERIVM.

& Ezechielis de populo pegrinatiōis, uel populo
transmigrationis, cū inciperent proficisci.

TB decet hymnus Deus in Zion, & tibi red
detur uotum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam, ad te omnis ca-
ro ueniet.

Verba iniquorum præualuerunt super nos, &
impietatis nostris tu propiciaberis.

Beatus quem elegisti & assumpstisti, inhabitabit
in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tue, sanctū est tem-
plum tuum mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium
finium terræ, & in mari longe.

Præparās mōtes in uirtute tua accinctus potētia,
q̄ cōturbas pfundū maris, sonū fructū eius.

Turbabunt gētes, et timebūt q̄ habitāt terminos
a signis tuis, exit⁹ matutini et uespe delectabis

Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti
locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum il-
lorum, quoniam ita est præparatio eius.

Riuos eius inebria, multiplica gemimina eius, in
stiliicidijs eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tue, & cam-
pi tui replebuntur ubertate.

Pinguēscent speciosa deserti, & exultatione col-
les accingentur.

Induti

Induti sunt arietes ouiu, & ualles abundabunt frumento, clamabunt, etenim hymnum dicent .

LXV.

In finem canticum Psalmi resurrectionis.

Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua Domine, in multitudine uirtutis tuae, mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.

Venite & uidete opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui couertit mare in aridam, in flumine pertranfibunt pede, ibi letabimur in ipso.

Qui dominatur in uirtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt, qui exasperant non exalcentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite uocem laudis eius.

Qui posuit animam meam ad uitam, & non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, impositisti homines super capita nostra.

¶ s Tran-

PSALTERIVM.

Transiimus per ignē & aquam, & eduxisti nos
in refrigerium.

Incroibo in domum tuam in holocaustis, reddam
tibi vota mea, quæ distinxerunt labia tua.

Et locutum est os meum, in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso
arietum, offeram tibi boues cum hircis.

Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis De
um, quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub in-
iuitatē si aspexi in corde meo, (gua mea
non exaudiet Dominus,

Propterea exaudivit Deus, & attendit uocē de-
precationis meæ.

Benedictus Deus, qui non amouit orationem me
am, & misericordiam suam a me.

LXVI.

In finē in hymnis, Psalmus cantici David.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis,
illuminet uultū suum super nos, & mi-
sereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra uiam tuā, in omnibus
gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur ti-
bi populi omnes.

Lætetur & exultent gētes, quoniā iudicas popu-
los in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confite-

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi
populi omnes, terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos
Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

LXVII.

In finem Psalmus cantici David.

EXurgat Deus & dissipentur inimici eius, et
fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera
a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei,
& delectentur in læticia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite
et qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius, turbabitur a facie eius,
pateris orphanorum & iudicis uiduarum.

Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit
unius moris in domo.

Qui educit iunctos in fortitudine, similiter eos
qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui,
cum pertransires in deserto,

Terra mota est, etenim cœli distillauerunt a facie
Dei Sinai, a facie Dei Israel.

Pluuiam uoluntariam segregabis Deus hereditati
tuæ, & infirmata est, tu uero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulce-
dine tua pauperi Deus.

Dñs

PSALTERIVM.

Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtu
te multa.

Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus di
uidere spolia.

Si dormiatis inter medios ceros, pennæ colum
bæ deargentataz, & posteriora dorsi in pallo
re auri.

Dū discernit celestis reges sup eā, niue dealba
buntur in Selmon, mons Dei mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspi
camini montes coagulatos.

Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in
eo, etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem milibus multiplex, milia lectā
tium, Dominus in eis in Sinai in sancto.

Ascendisti in altum cepisti captiuitatem, accepi
sti dona in hominibus.

Etenim nō credentes inhabitare Dñm Deum.

Benedictus Domin⁹ die quotidie, prosperū iter
faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster Deus saluos faciendī, & Domini
Domini exitus mortis.

Veruntū De⁹ cōstringet capita inimicorū suorū,
uerticē capilli perambulatiū in delictis suis.

Dixit Dominus ex Basan conuertam, conuertā
in profundum maris.

Vt iatinguatur pes tuus in sanguine, lingua canū
tuorū ex inimicis ab ipso.

Vide

Viderūt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei
regis mei qui est in sancto.

Præcuerunt principes coniuncti psallentibus,
in medio iuuenularū tympanistrarum.

In ecclesijs benedicite Deo, Domino de fontibus
Israel.

Ibi Beniamin adolescentulus, in mentis excessu.
Principes Iuda duces eorum, principes Zabulō
& principes Neptalim.

Manda Deus uirtuti tuæ, Confirma hoc Deus
quod operatus es in nobis. (ra.

A tēplo tuo in Hierusalē tibi offerēt reges mune
Increpa feras arundinis, congregatio taurorum
in uaccis populorū, ut excludant eos qui pro
bati sunt argento.

Dissipa gētes q̄ bella uolūt, ueniēt legati ex Aeg-
gypto, Aethiopia præuenit manus eius Deo.
Regna terræ cantate Deo, psallite Domino.

Psallite Deo, q̄ ascēdit sup̄ cœlū cœli ad orientē:
Ecce dabit uoci suę uocē uirtutis, date gloriā deo
sup̄ Israel, magnificētia ei⁹ et uirt⁹ ei⁹ in nubib⁹.

Mirabilis De⁹ in sanctis suis. De⁹ Israel ipsa da-
bis uirtutē & fortitudinem plebi suæ, benedi-
ctus Deus.

LXVIII.

¶ In finem pro his qui commuta-
buntur, Psalmus ipsi David.

S Altum me fac Deus, qm̄ intrauerunt aque
usq; ad animā meā, Infix⁹

PSALTERIVM.

Infixus sum in limo pfundi, & nō est substantia:
Veni in altitudinē maris, & tempestas demerſit
me.

Laborauī clamās, raucæ factæ sunt fauces meę, de
fecerūt oculi mei dū spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui
oderant me gratis.

Cōfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei
iniuste, quæ non rapui tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a
te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectāt te Domine,
Domine uirtutum.

Non confundantur super me, qui quæerūt te De-
us Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, ope-
ruit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrini-
us filijs matris meæ.

Quā zelus dom⁹ tuæ comedit me, & opprobria
exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam, & factum
est in opprobrium mihi.

Et posui uestimentum meum cilicium, & factus
sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur q̄ sedebant in porta,
& in me psallebant qui bibebant uinum.

Ego

Ego uero orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiae tuae, exaudi me in ueritate salutis tuae.

Eripe me de luto ut non infigar, libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice me.

Et ne auertas faciem tuam a puero isto, quoniam tribulor, uelociter exaudi me.

Intende animae meae & libera eam, propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.

Et dederunt in escam meam fenum, & in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua.

Effunde

PSALTERIVM.

Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ cō
prehendas eos.
Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis
eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, &
super dolorem uulnerum eorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum,
& non intrent in iusticia tua.
Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non
scribantur. ^{(me.}
Ego sum paup & dolens, salus tua Deus suscepit
Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnifica
bo eum in laude.
Et placebit Deo super uitulū nouellum, cornua
producentem & ungulas.
Videant pauperes & lætentur, quærite Deum &
uiuēt anima uestra.
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & uin-
ctos suos non despexit.
Laudent illum cœli & terra, mare & omnia re-
ptilia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Zion, & redifica-
buntur ciuitates iudæ.
Et inhabitabūt ibi, & hereditate acquirēt eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui
diligunt nomen eius habitabunt in ea.

LXIX,

In finem

In finem Dauid in rememoracione,
eo q̄ saluum me fecit Dominus.

Eus in adiutorium meum intende, Do-
mine ad adiuvandum me festina.

D Confundantur & reuereantur, qui quæ-
runt animam meam.

Auertantur retrorsum & erubescant, qui uo-
lunt mihi mala.

Auertantur statim erubescences, qui dicunt mi-
hi euge euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærun-
te, & dicunt semper magnificetur Dominus
qui diligunt salutare tuum.

Ego uero egen⁹ & pauper sum, De⁹ adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es tu, Domine
ne moreris.

LXX.

Psalmus Dauid filiorum Ionadab,
& priorum captiuorum.

In te Domine speraui, non cōfundar in æter-
num, in iusticia tua libera me & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

Esto mihi in Deum protectorem & in locum
munitum, ut saluum me facias.

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de
manu contra legem agentis & iniqui.

G

Qu

PSALTERIVM .

Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea a iuuentute mea.

In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea semp, tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor meus fortis.

Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis, cum defecerit uirtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Dicentes Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite sum, quia non est qui cripiat.

Deus ne elongeris a me, Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur & deficiant detrahentes animam meam, operiantur confusione & pudore qui querunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini, Domine memorabor iustitiae tuae solius.

Deus decessisti me a iuuentute mea, & usque nunc, pronuntiabo mirabilia tua.

PSALTERIVM.

50

Et usq; in senectā & seniū, De⁹ ne dereliquas me.
Donec annunciem brachium tuum, generatione
omni quæ uentura est.

Potentia tuā & iusticiā tuā De⁹ usq; in altissima
quæ fecisti magnaia, Deus quis similis tibi?

Quātas ostendisti mihi tribulationes multas &
malas, & conuersus uiuificasti me, & de abyssis
terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuer-
sus consolatus es me.

Nā & ego cōfitebor tibi in uasis psalmi ueritatē
tuā Deus, psallam tibi in cithara sanct⁹ Israel.

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & ani-
ma mea quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iusticiā tu-
am, cū cōfusi & reueriti fuerint q̄ querūt mala

LXXI.

(mihī.

¶ Psalmus in Salomonem.

Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam
tuam filio regis.

Iudicare populum tuū in iusticia, & pau-
peres tuos in iudicio.

Suscipiāt mōtes pacē populo, & colles iusticiā.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filiōs

pauperum, & humiliabit calumniatorem,
Et permanebit cum Sole & ante Lunam, in ge-
neratione & generationem.

G

Descen-

PSALTERIVM.

Descendit sicut pluvia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iusticia & abundantia pacis, donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabū & Saba dona adducēt.

Et adorabunt eū oēs reges terrę, oēs gentes ser-
Quia liberauit pauperem a potente, & pauperē
cui non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperę sal-
uas faciet.

Ex usuris & iniquitate redimet animas eorę, &
honorabile nomen eorę coram illo.

Et uiuet & dabitur ei de auro Arabiæ, & adora-
būt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Erit firmamentū in terra in summis montium,
superextolletur super Libanū fluitus eius, &
florebūt de ciuitate sicut fœnum terrę.

Sit nomen eius benedictū in secula, ante solem
permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terrę, om-
nes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mi-
rabilia solus.

Et

Et benedictū nomē maiestatis eius in eternū, &
replebitur maiestate eius oīs terra, fiat, fiat.

LXXII.

¶ Defecerunt hymni Dauid filij
Iesse, Psalmus Asaph.

Quam bonus Israel Deus, his qui recto
sunt corde.

Mei autem pene moti sunt pedes, pene
effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi sup iniquos, pacē peccatorū uidēs,
Quia non est respectus morti eorū, & firmamen-
tum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt, & cum hominib⁹
non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate
& impietate sua.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transie-
runt in affectum cordis.

Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniqui-
tatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in coelum os suum, & lingua eorum
transiuit in terra.

Ideo conuertetur populus meus hic, & dies ple-
ni inuenientur in eis.

Et dixerunt quomodo scit Deus, & si est scien-
tia in excelso.

Et ipsi peccatores & abundantes in seculo, obti-
nuerūt diuitias, G 3 Et

PSALTERIUM.

Et dixi, ergo sine causa iustificavi cor meum, & laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellat⁹ tota die, & castigatio mea in manibus. Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem (tutinis) filiorum tuorum reprobaui.

Existimabam ut cognoscerem, hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.

Veruntamen propter delos posuisti eis, deieci sti eos dum alleurentur.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito desecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflamatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum & nesciui.

Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxisti me & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in caelo, & a te quid uolui super terram?

Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei & pars mea Deus in eternum.

Quia ecce qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam,

Vt annūciem oēs predicationes tuas, in portis
LXXIII. (filie Zion.)

Intellectus Asaph.

VT quid Deus repulisti in finē, irat⁹ est fur
ror tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ, quam
possedisti ab initio.

Redemisti uirgam hæreditatis tuæ, mons Zion
in quo habitasti in eo.

Leua manus tuas in superbia s eorum in finem,
quanta malignatus est inimicus in sancto.

Et gloriati sunt q oderūt te, in medio solennita
Posuerūt signa sua signa, & nō cogno (tis tuę.
uerūt, sicut in exitu super summum.

Quasi in sylua lignorū securib⁹ exoliderūt ianu-
as ei⁹ in idipsum, in securi & ascia deiecerūt eā
Incenderūt igni sanctuariū tuū, in terra pollue-
runt tabernaculum nōminis tui.

Dixerūt in corde suo cognatio eorū simul, quis
scere faciamus oēs dies festos Dei a terra.

Signa nostra non uidimus, iam nō est propheta,
& nos non cognoscet amplius.

Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat
aduersarius nomen tuum in finem?

Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuā,
de medio sinu tuo in finem?

Deus aut rex noster añ secula, operat⁹ est salutē
in medio terræ.

G 4 Tw

PSALTERIVM:

Tu confirmasti in uirtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populo Aethiopum.

Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan.

Tuus est dies & tua est nox, tu fabricatus es auroram & Solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & uer tu plasmasti ea.

Memor esto huius, inimicus impropertauit Domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas consentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt & obscurati sunt terræ domibus iniquitatum:

Ne auertatur humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus iudica causam tuam, memor esto imperiorum tuorum, eorum que ab insipientibus sunt tota die

Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

LXXIII.

In finem ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

Constrebimur tibi Deus, constebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabi-

Narrabimus mirabilia tua, cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo.
 Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.
 Dixi iniquis nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu.
 Nolite extollere in altum cornu uestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
 Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis montibus, quoniam Deus iudex est.
 Hunc humiliat & hunc exaltat, quia calix in manu Domini utriusque meri plenus mixto.
 Et inclinavit ex hoc in hoc, ueruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terre.
 Ego autem annuntiabo in seculum, cantabo Deo Iacob.
 Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

LXX.

In fine in carminibus canticum ad Assyrios Psalmus Asaph.

Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.
 Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Zion.
 Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum.
 Illuminas tu mirabiliter a montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.

G 5 Dor.

PSALTERIUM.

Dormierunt seminum suū, & nihil inuenerūt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quæ resistet tibi ex tunc ira tua.

De coelo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quæ uicuit.

Cum exurgeret in iudicium Deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniã cogitatio hominis cõstabitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festũ agent tibi.

Vouete & reddite Domino Deo uestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

LXXVI.

¶ In finem pro Idithum Psalmus Asaph.

Voce mea ad Dominum clamaui, uoce mea ad Deũ, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deũ exquisi, manibus meis nocte cõtra eũ & nõ sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Anticipauerunt uigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitauit dies antiquos, & annos æternos in mente habui.

Et

Et meditatus sum nocte cū corde meo, & exerci-
tabar, & seopebam spiritum meum.

Nunquid in æternum proiciet Deus, aut nō ap-
ponet ut complacitior sit adhuc.

Aut in finem misericordiam suam abscondet, a
generatione in generationem.

Aut obliuiscetur miserari Deus, aut continebit
in ira sua misericordias suas.

Et dixi nūc cepi, hæc mutatio dextrę excelsi.

Memor fui operū Domini, quia memor ero ab
initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in
adiuuentionibus tuis exercebor.

Deus in sancto uia tua, quis Deus magnus sicut
Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.

Notā fecisti in populis uirtutē tuā, redemisti in
brachio tuo populū tuū, filios Iacob & Ioseph
Viderunt te aquę Deus, uiderunt te aquę & ti-
muerunt, & turbatę sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarū, uocē dederūt nubes.

Eteñ sagitte tuę trāsēūt, uox tonitruī tui i rota.

Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę, com-
mota est & contremuit terra.

In mari uia tua, & semitę tuę in aquis multis, &
uestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populū tuum, in manu
Moysi & Aaron,

PSALTERIUM.

LXXVII.

¶ Intellectus Asaph.

Attendite popule meus legem meā, incli-
nate aurem uestrā in uerba oris mei.
Aperiam in parabolis os meum, loquar
propositiones ab initio.

Quanta audiuiimus & cognouimus ea, & patres
nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorum, in genera-
tione altera.

Narrantes laudes Domini & uirtutes eius, & mi-
rabilia eius quæ fecit.

Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem po-
suit in Israel.

Quanta mandauit patribus nostris nota facere
ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera.

Filij q̄ nascēt et exurgēt, et narrabūt ea filijs suis.
Ut ponāt in Deo spem suā, & non obliuiscant
operū Dei, & mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua &
exasperans.

Generatio quæ nō direxit cor suum, & non est
creditus cum Deo spiritus eius.

Filij Ephraim, intendentes & mittentes arcum,
conuersi sunt in die belli.

Non custodierūt testamentum Dei, & in lege e-
ius noluerunt ambulare.

Et

Et obliiti sunt benefactorꝝ eius, & mirabilium
eius quæ ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra
Aegypti, in campo Tancos.

Interrupit mare, & perduxit eos, & statuit a-
quas quasi in utre.

Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in il-
luminacione ignis.

Interrupit petram in eremo, & adaquavit eos
uelut in abyſſo multa.

Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam
flumina aquas.

Et appoſuerunt adhuc peccare ei, in iram conci-
tauerunt excelsam in inaquoso.

Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, ut pete-
rent eſcas animabus ſuis.

Et male locuti ſunt de Deo, dixerunt nunquid
poterit Deus parare menſam in deſerto?

Quoniam percuffit petram & fluxerunt aquæ,
& torrentes inundauerunt.

Nunquid & panẽ poterit dare, aut parare men-
ſam populo ſuo?

Ideo audiuit Dominus & diſtulit, & ignis accen-
ſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael.

Quia non crediderunt in Deo, nec ſperauerunt
in ſalutari eius.

Et mandauit nubibꝝ deſup, & ianuas cœli apuit.
Et

PSALTERIVM.

Et pluit illis manna ad manducandū, & panem
 cœli dedit eis.
 Panem angelorum manducauit homo, cibaria
 misit eis in abundantia.
 Transtulit austrum de coelo, & induxit in uirtu-
 te sua Africum.
 Et pluit super eos sicut puluerē carnes, & sicut
 arenam maris uolatilia pennata.
 Et ceciderunt in medio castrorū eorum, circa ta-
 bernacula eorum.
 Et māducauerūt & saturati sunt nimis, & deside-
 riū eorū attulit eis, nō sunt fraudati a deside-
 Adhuc escæ eorū erāt in ore ipsoꝝ, (rio suo,
 & ira Dei ascendit super eos.
 Et occidit pigues eorū, & electos Israel ipediuit,
 In omnibus his peccauerunt adhuc, & non credi-
 derunt in mirabilibus eius.
 Et defecerunt in uanitate dies eorum, & anni eo-
 rum cum festinatione.
 Cum occideret eos quærebāt eū, & reuerteban-
 tur, & diluculo ueniebant ad Deum.
 Et rememorati sunt, q̄a Deus adiutor est eorū,
 & Deus excelsus redemptor eorū est.
 Et dilexerūt eū in ore suo, & lingua sua mentiti
 Cor aut̄ eorū nō erat rectū cū eo, nec (sunt ei,
 fideles habiti sunt in testamento eius.
 Ipse autem est misericors, & propitijs fiet pecca-
 tis eorum, & non disperdet eos. Et

Et abundauit ut auerteret iram suam, & non ascendit omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt, spiritus uadens & non rediens.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in irā concitauerunt eum in iniquo.

Et conuersi sunt & tentauerunt Deum, & sanctū Israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Tanais.

Et conuertit in sanguinem flumina eorū, & imbres eorum ne bibrent.

Misit in eos cynomyam & comedit eos, & ranam & disperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ,

Et occidit in grandine uineas eorum, & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem immisiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit a morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte conclusit.

Et

PSALTERIUM.

Et percussit omne primogenitū in terra Aegypti,
primitias ois laboris eorū i tabernaculis Chā.
Et abstulit sicut oves populum suum, & perdu-
xit eos tanquam gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe & non timuerunt, & ini-
micos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montē sanctificationis suæ,
montem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes, & sorte diuisit e-
is terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorū tribus
Israel.
Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excel-
sum, & testimonia eius non custodierunt.
Et auerterūt se & nō seruauerūt pactū, quemad-
modū patres eorū, cōuersi sunt in arcū prauū.
In irā cōcitauerūt eū in collib⁹ suis, & in sculpi-
libus suis ad æmulationē eū prouocauerunt.
Audiuit Deus & spreuit, & ad nihilum redegit
ualde Israel.
Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum su-
um ubi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitate uirtutem eorū, & pul-
chritudinem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum, & hære-
ditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis, & uirgines eorū
nō sunt lamentatæ. Sacerdo-

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & uiduae
eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens Dominus,
tanquam potens crapulatus a uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora, oppro-
brium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Iosaph, & tribum E-
phraim non elegit.

Sed elegit tribum Iuda, montem Zion quem dilexit.

Et edificauit sicut unicornium sanctificium suum
in terra, quam fundauit in secula.

Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gre-
gibus ouium, de postfoetates accepit eum.

Pascere Iacob seruum suum, et Israel hereditatem suam.

Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intel-
lectibus manuum suarum deduxit eos.

LXXVIII.

¶ Psalmus Dauid.

DEus uenerunt gentes in hereditatem tuam, pos-
uerunt templum sanctum tuum, posuerunt
Hierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas uolatili-
bus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae.

Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circu-
itu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium uicinis nostris, subsan-
natio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

H Usquequo

PSALTERIUM.

Usquequo Domine trasceris in finem: accende-
tur uelut ignis zelus tuus.
Effunde irā tuā in gentes quæ te nō nouerūt, &
in regna quæ nomen tuum non inuocauerūt.
Quia comederūt Iacob, & locū ei⁹ desolauerūt.
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiqua-
rum, cito anticipent nos misericordiz tuæ, quia
pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos Deus salutaris noster, propter glo-
riam nominis tui Dñe libera nos, & propiti⁹
esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicāt in gētib⁹, ubi est De⁹ eorū: & in-
ter notescat in nationibus corā oculis nostris.
Ultio sanguinis seruatorū tuorū q̄ effusus est, intro-
eat in cōspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij tui, posside fi-
lios mortificatorum.
Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorū,
improperium ipsorum quod exprobrauerūt
tibi Domine.
Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ, cō-
suebitur tibi in seculum.
In generationem & generationem, annuntiabi-
mus laudem tuam.

LXXIX.

In finem pro his qui commutabuntur, Psal-
mus testimonium Asaph pro Assyrio.

Qui

Qui regis Israel intende, qui deducis uelut agem Ioseph.

Qui sedes sup Cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse;

Excita potentiam tuam & ueni, ut saluos facias nos.

Deus conuertere nos, & offende faciem tuam & salui erimus. **D**ne Deus uirtutum, quousque irasceris super orationem serui tui.

Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris, & inuicem nostri subsannauerunt nos.

Deus uirtutum conuertere nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.

Vineam de Aegypto transfulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuit in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Operuit montes umbra eius, & arbuta eius extendit palmites suos usque ad mares Dei, & usque ad flumen propagines eius.

Ut quid destruxisti maceriam eius, & uindemiast eam omnes qui praetergrediuntur uiam.

Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Deus uirtutum conuertere, respice de caelo, & uide, & uisita uineam istam.

H a Et

PSALTERIVM.

Et perforce eam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Incesa igni & suffossa, ab increpatione uultus tui peribunt.

Fiat manus tua super uirum dexterae tuae, & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te, uiuificabis nos & nomen tuum inuocabimus.

Domine Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.

LXXX.

In finem pro torcularibus Psalmus Asaph quinta sabbati.

EXultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Sumite psalmum & date tympanum: (Iacob. psalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestrae.

Quia preceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti, lingua quam non nouerat audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruerunt.

In tribulatione inuocasti me & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus & contestabor te, Israel si audieris

audieris me non erit in te Deus recens, neq̄
adorabis Deum alienum.

Ego em̄ sum Dñs Deus tuus, q̄ eduxi te de ter-
ra Aegypti, dilata os tuū, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus uocem meam, &
Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum,
ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me, Israel si in uijs me-
is ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem,
& super tribulantes eos misissem manū meā.

Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus
eorum in secula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra
melle faturauit eos.

LXXXI.

¶ Psalmus Afaph.

Deus stetit in synagoga deorum, in medio
autem deos dñi iudicat.

Vsq̄ue quo iudicatis iniquitatem, & faci-
es peccatorum sumitis?

Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperē
iustificare.

Eri pite pauperē, & egenū de manu p̄ōris libe-
Nescierūt neq̄ intellexerūt, in tenebris (rate,

ambulās mouebuntur oia fundamenta terræ.

H 2 Ego

PSALTERIVM.

Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes.
Vos autē sicut homines moriemini, & sicut unus
de principibus caderis.
Surge Deus iudica terram, quoniam tu hæredita
bis in omnibus gentibus.

LXXXII.

¶ Canticum psalmus Asaph.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas neque
compescaris Deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, &
qui oderunt te, extulerunt caput,
Super populum tuum malignauerunt consiliū,
& cogitauerunt aduersus Sanctos tuos.
Dixerūt, uenite & disperdamus eos de gente, &
non memoretur nomen Israel ultra.
Quoniam cogitauerunt unanimiter, simul aduer
sus te testamentum disposuerunt tabernacula
Idumæorum & Hismælitæ.
Moab, & Agarani, Gebal, & Ammon, & Ama
lech, alienigenæ cum habitantibus Tyron.
Et enim Assur uenit cum illis, facti sunt in adiuto
rium filijs Loth.
Fac illis sicut Madian & Sifaræ, sicut Iabin in
torrente Ciffon.
Disperierūt in Endor, facti sunt ut fercus terre.
Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Ze
bec & Salmana.

Omnes

Omnes principes eorum, qui dixerunt, heredita-
te possideamus sanctorum Dei.

Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam
ante faciem uenti.

Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma
comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira
tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia, & quærent no-
men tuum Domine.

Erubescant & conturbentur in seculum seculi, &
confundantur & pereant.

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu so-
lus altissimus in omni terra.

LXXXIII.

In fine p. torcularibus, filijs Chorę Psalmus.

Quam dilecta tabernacula tua Dñe uirtu-
tū, concupiscit & desicit aīa mea in atri-
cor meū & caro mea, exul- (a Dñi:
tauerunt in Deum uiuum.

Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur ni-
dum, ubi sibi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine uirtutum, rex meus & De-
us meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine, in secu-
la seculorum laudabunt te.

Beatus uis cuius est auxiliū abs te, ascensiones

H 4 in

PSALTERIUM.

in corde suo disposuisti in ualle lachrymarum, in loco quem posuisti.

Ete[m] benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtute, uidebitis Deum deorum in Zion.

Domine Deus uirtutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob.

Protektor noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atrijs tuis, sup[er] milia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & ueritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulat in innocentia, Domine uirtutum beatus homo qui sperat in te.

LXXXIII.

In finem filijs Chore Psalms.

Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue, operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignati.

Conuerte nos Deus salutaris noster. (onis tue.

ster, & auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in eternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuersus uiuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te. Osten-

Offende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suā.

Et super Sanctos suos & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eū salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, iusticia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est, & iusticia de caelo propterea. Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Iusticia autem eū ambulabit, & ponet in uia gressus suos.

LXXXV.

(suos.)

¶ Oratio ipsi Dauid.

Inclina Domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animā meā quoniam sanctus sum, saluū fac seruū tuū Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine quoniam ad te clamavi tota die, letifica animā serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuauit.

Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordie omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ.

H g .

In die tri-

PSALTERIUM.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia ex-
audisti me.

Non est similis tui in dijs Domine, & nō est secū-
dum opera tua.

Omnes gētes quascūq; fecisti, uenient & adora-
būt corā te Dñe, & glorificabunt nomē tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu
es Deus solus.

Deduc me Dñe in uia tua, & ingrediar in uerita-
te tua, letetur cor meū ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Dñe Deus meus in toto corde
meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me, & e-
ruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, & synago-
ga potentium quæsierunt animā meam, & nō
proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & misericors, pa-
tiens & multæ misericordiæ & uerax.

Respice in me & miserere mei, da imperiū tuum
puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bono, ut uideant qui ode-
runt me, & confundantur, quoniam tu Domi-
ne adiuuisti me & consolatus es me.

LXXXVI.

F ¶ Psalmus cantici filijs Choræ.
Vndamēta eius in montib⁹ sanctis, diligit
Dñs

PSALTERIVM.

6e

Dñs portas Ziō super oīa tabernacula iacob.
 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.
 Memor ero Raab, & Babylonis, scientium me:
 Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopū
 hi fuerūt illic.

Nunquid Zion dicet homo, & homo natus est
 in ea, & ipse fundauit eam altissimus.

Dominus narrabit in scripturis populorum &
 principum, horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

LXXXVII.

¶ Canticū Psalmi filijs Chore, in finē p̄ Maeleth
 ad respōdendū, intellectus Heman Bzrahitæ.

Domine Deus salutis meæ, in die clamaui
 & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea, incli-
 na aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea, & uita mea in
 ferno appropinquauit.

Aestimatus sum cū descēderē in lacū, factus sum si-
 cut homo sine adiutorio, inter mortuos liberus.

Sicut uulnerati dormientes in sepulchris, quō nou-
 es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi.

Posuerunt me in lacū inferori, in tene- (sunt
 brosis & in umbra moris.

Super me confirmatus est furor tuus, & omnes
 fluctus tuos induxisti super me.

Longe

PSALTERIVM.

Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me ab
ominationem sibi.

Traditus sum & non egrediebar, oculi mei lan-
guerunt præ inopia.

Clamaui ad te Dñe, tota die expãdi ad te manus
Nūqd mortuis facies mirabilia, aut me- (meas,
dici suscitabūt & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro miseri-
cordiam tuam? & ueritatē tuam in perditioe?

Nūquid cognoscētur in tenebris, mirabilia tua,
& iusticia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Domine clamaui, & mane oratio
mea præueniet te.

Vt quid Domine repellis orationē meam? auer-
tis faciem tuam a me.

Pauper sum ego, & in laboribus a iuuetute mea,
exaltatus aut humiliatus sum & cōturbatus.

In me transierunt uix tuæ, & terrores tui contur-
bauerunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die, circun-
dederunt me simul.

Blongasti a me amicum & proximum, & notos
meos a miseria.

LXXXVIII.

M Intellectus Ethan Ezraitæ.
Misericordias Dñi in æternū cantabo.
In generationē & generationē, annuncii-
abo ueritatē tuā in ore meo. Quo-

Quoniā dixisti, in æternū misericordia ædifica-
bitur in cœlis, præparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentū electis meis, iuravi David
seruo meo, usq; in cternū pparabo semē tuū.

Et ædificabo ī generationē & generationē sedē tu
Cōstrebūtūr cœli mirabilia tua Dñe, ete- (am.
nim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?
similis erit Deo in filijs Dei.

Deus q̄ glorificatur in concilio Sanctorū, magn⁹
& terribilis super oēs qui in circuitu ei⁹ sunt.

Domine Deus uirtutū quis similis tibi? potēs es
Domine, & ueritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris, motum autem flu-
uium eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut uulneratū superbū, in brachio
uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cœli & tua est terra, orbē terræ & plenē
tudinē ei⁹ tu fundasti, aglonē & mare tu crea-
Thabor & Hermon in noīe tuo exultabūt, (sti-
tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tuā, ius-
ticia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & ueritas præcedent faciē tuā, bea-
tus populus qui scit iubilationem.

Dñe in lumine uultus tui ambulabūt, & in noīe
tuo exultabūt tota die, & in iusticia tua exal-
tabuntur. Quo

PSALTERIUM.

Quoniam gloria virtus eorum tu es, & in bene-
placito tuo exalabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Isra-
el regis nostri.

Tunc locutus es in uisione sanctis tuis, & dixisti,
posui adiutorium in potestate, & exaltaui electum de
Inueni Dauid seruum meum, oleo san- (plebe mea.
cto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium me-
um confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquita-
tis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos eius, & odi-
entes eum in fugam conuertam.

Et ueritas mea & misericordia mea cum ipso, &
in nomine meo exalabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus
dexteram eius.

Ipse inuocabit me, pater meus es tu, Deus meus
& susceptor salutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum, excelsum
prae regibus terrae.

In aeternum seruabo illi misericordiam meam, &
testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius, & thro-
num eius sicut dies caeli.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudici-
is meis non ambulauerint. 81

Si iusticias meas prophanarint, & mandata mea non custodierint.

Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerbis peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, nec nosebo in ueritate mea.

Nec prophanabo testamentum meum, & quae procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iurauit in sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit.

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum, & testis in caelo fidelis.

Tu uero repulisti & despexisti, distulisti Chri-
Auertisti testamentum serui tui, pro- (stum tuum)
phanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam, factus est opprobrium uicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum, iustificasti omnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione.

Usquequo

PSALTERIUM.

Usquequo Domine auertes in finem? exardescet sicut ignis ira tua?
 Memorare quæ mea substãtia, nunquid enim uane constituisti omnes filios hominum?
 Quis est homo qui uiuet & nõ uidebit mortem? eruet animam suam de manu inferi?
 Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in ueritate tua?
 Memor esto Dñe opprobrii seruatorũ tuorũ, quæ continui in sinu meo multarum gentium.
 Quod exprobrauerũt inimici tui Dñe, quod exprobrauerũt cõmutacionẽ Christi tui.
 Benedictus Dominus in æternum, fiat fiat.

LXXXIX.

Oratio Moyfi hominis Dei.

Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.
 Priusquã in õtes fieret aut formaret terra & orbis, a seculo & usque in seculũ tu es Deus.
 Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti conuertimini filij hominum.
 Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ quæ præterijt.
 Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.
 Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, uespere decidat, induret & areseat.

Quia

Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione uultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

Quonia superuenit mansuetudo, & corripiemur.

Quis nouit potestatem irae tuae, & praeter timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia.

Conuertere Domine, usquequos & deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua, & exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala.

Respice in seruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.

PSALTERIUM.

XC.

¶ Laus cantici Dauid.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur,
Dicet Dño susceptor me⁹ es tu, & refugium meū, Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo uenantium, & a uerbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno.

A sagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso & demōnio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, & decē milia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum uidebis.

Quoniam tu es Domine spes mea, altissimū posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum, & flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis.

In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & concalcabis leonem & draconem, Quo-

Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegā
 eum quoniam cognouit nomen meum.
 Clamauit ad me & ego exaudia eum, cum ipso sum
 in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.
 Longitudine dierum replebo eum, & ostendam
 illi salutare meum.

XCI.

¶ Psalmus cantici in die sabbati.

Bonum est confiteri Domino, & psallere
 nomini tuo altissime.
 Ad annunciandu mane misericordiam tuam,
 & ueritatem tuam per noctem.
 In decachordo psalterio, cum cantico in cithara.
 Quia delectasti me Domine in factura tua, & in
 operibus manuum tuarum exultabo.
 Quam magnificata sunt opera tua Domine, ni-
 mis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
 Vir inspiens nō cognosceret, et stultus non intelliget
 Cū exorti fuerit peccatores sicut fenū, & (hec.
 apparuerint oēs qui operantur iniquitatem.
 Ut intereant in seculum seculi, tu aut altissimus
 in æternum Domine.
 Quoniam ecce inimici tui Domine quoniam ec-
 ce inimici tui peribunt, & dispergentur om-
 nes qui operantur iniquitatem.
 Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, & se-
 necius mea in misericordia ueri.

1 a Et

PSALTERIUM.

Et despexit oculus meos inimicos meos, & insurgētibus in me malignantibus audiat auris Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebut.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, & bene patientes erunt ut annuncient.

Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

X C I I.

¶ Laus cantici Dauid in die ante sabbatum quando inhabitata est terra.

Dominus regnavit, decorē induit⁹ est, indutus Dñs fortitudinē & præcinxit se. Eteñ firmavit orbē terre, q̄ nō cōmouebi

Parata sedes tua ex tunc, a seculo tu es. (tur.

Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina uocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, a uocibus aquarum multarum.

Mirabiles elatiōes maris, mirabilis in altis Dñs Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domū tuā decet sanctitudo Dñe in lōgitudine dierū.

X C I I I.

Deus ultionū Dñs, Deus ultionum libere egit, Exalta-

Exaltare qui iudicas terram, redde retributionē
superbis.

Vsquequo peccatores Domine, usquequo pecca-
tores gloriabuntur.

Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur
omnes qui operantur iniusticiam.

Populum tuum Domine humiliauerunt, & hære-
ditatem tuam uexauerunt.

Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos
occiderunt.

Et dixerunt, non uidebit Dominus, nec intelli-
get Deus Iacob.

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquan-
do sapite.

Qui plantauit aurem non audiet, aut qui sinit
oculum non considerat.

Qui corripit gentes non arguet, qui docet homi-
nem scientiam.

Dñs scit cogitationes hominū, qm̄ uanæ sunt.

Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de
lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatu-
r peccatori fouea.

Quia non repellet Dominus plebem suam, & he-
reditatem suam non derelinquet.

Quoadusq; iusticia conuertatur in iudicium, &
qui tenent eam omnes recto sunt corde.

PSALTERIUM

Quis conſurget mihi aduerſus malignātes ? aut
quis ſtabit mecū aduerſus operātes iniquitatē ?
Niſi quia Dominus adiuvit me, paulomin⁹ habi-
taſſet in inferno anima mea.

Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua
Domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in
corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt
animam meam.

Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis, qui ſin-
gis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem inno-
centem condemnabunt.

Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus
meus in adiutorium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitatē ipſorum, & in malicia eorum
diſperdet eos, diſperdet illos Dñs Deus noſter.

CXIII.

¶ Laus cantici ipſi David.

Venite exultemus Domino, iubilemus
Deo ſalutari noſtro.

Præoccupemus faciem eius in cōfeſſione
& in psalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex ma-
gnus ſuper omnes Deos.

Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & al-
titudines montium ipſius ſunt.

Quoni-

Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & sic
cam manus eius formauerunt.

Venite adorem⁹ & procidam⁹ & ploremus ante
Dñm q̄ fecit nos, q̄ ipse est Dñs De⁹ noster.

Et nos populus pascuæ eius, & oves manus eius.
Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare
corda uestra.

Sicut in irritatione, secūdu dñe tērationis in deser-
Vbi tentauerūt me patres uestri, probaue- (10.
runt & uiderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi,
& dixi semper hi errant corde.

Et isti non cognouerunt uias meas, ut iuravi in
ira mea si introibunt in requiem meam.

XCV.

¶ Canticum Dauid, quando domus ædifi-
batur post captiuitatem.

Cantate Domino canticum nouum, canta
te Domino omnis terra.

Cantate Domino & benedicite nomini
eius, annunciate de die in diem salutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius, in omni-
bus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis
terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmonia, Domi-
nus autem coelos fecit.

PSALTERIUM.

Confessio & pulchritudo in cōspectu eius, sancti
monia & magnificētia in sanctificatione eius.
Afferte Dño patriæ gentiū, afferte Dño gloriā
& honorē, afferte Dño gloriam nomini eius.
Tollite hostias & introite in atria eius, adorate
Dominum in atrio sancto eius.
Commueatur a facie eius uniuersa terra, dicite
in gentibus quia Dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui non commo-
uebitur, iudicabit populos in æquitate.
Lætetur cœli & exaltet terra, commoueat ma-
re & plenitudo eius, gaudebunt campi & om-
nia quæ in eis sunt.
Tunc exultabūt oīa ligna syluarū a facie Domi-
ni quia uenit, quoniam uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos
in ueritate sua.

XCVI.

Ipsi Dauid, quando terra ei restituta est.
Dominus regnauit exaltet terra, lætentur
insulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius, iusticia
& iudicium correctio sedes eius.
Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in cir-
cuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, uidit & com-
mota est terra.

Montes

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini omnis terra.

Annunciaverunt caeli iusticiam eius, & uiderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit & lætata est Zion.

Et exultauerunt filij Iudæ, ppter iudicia tua Dñe. Quoniã tu Dominus altissimus super omnẽ terram, nimis exaltatus es super omnes Deos.

Qui diligitis Dominum odite malum, custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto, & rectis corde læticia.

Lætamini iusti in Domino, & cõstetmini memoriæ sãdificationis eius.

XCVIII.

Psalmus ipsi David.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suũ, in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, & ueritatis suę domui Israe.

I 5 Vide

PSALTERIVM.

Viderūt oēs termini terræ, salutare Dei nostri.
Iubilare Domino omnis terra, cantate & exultate
& psallite.

Psallite Dño in cithara, in cithara & uoce psal-
mi, in tubis dulcilibus & uoce tubæ corneæ.
Iubilare in cōspectu regis Dñi, moueatur mare et
plenitudo ei⁹, orbis terrarū & q̄ habitāt in eo.
Flumina plaudēt manu, simul mōtes exultabūt a
cōspectu Dñi, quoniā uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarū in iusticia, & populos
in æquitate.

XCVIII.

¶ Psalmus Dauid.

Dominus regnauit, irascatur populi, q̄ se-
det super Cherubim, moueatur terra.
Dominus in Zion magnus, & excelsus su-
per omnes populos.

Constitute nomini tuo magno, qm̄ terribile &
sanctū est, & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones, iudicium & iusticiam in
Iacob tu fecisti.

Exaltate Dominū Deū nostrum, & adorate sca-
bellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Moyfes & Aaron in sacerdotibus eius, & Samu-
el inter eos qui inuocant nomen eius.

Inuocabant Dominū & ipse exaudiebat eos, in
columna nubis loquebatur ad eos.

Custo-

PSALTERIVM.

70

Custodiebant testimonia eius, & præceptū quod dedit illis.

Dñe De⁹ noster tu exaudiebas eos, De⁹ tu ppiti⁹ us fuisti eis, et ulciscēs in oēs adinuētiōes eorū.

Exaltate Dñm Deū nostrum, adorate in monte sancto eius, quoniā sanctus Dñs Deus noster.

X C I X.

¶ Psalmus in confessione.

Iubilate Deo ois terra, seruite Dño in lætitiis. Introite in cōspectu ei⁹, in exultatione. (cia. Scitote quoniā Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus eius, & oves pascuē eius, introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam suavis est Dominus, in ætēnum misericordia eius, & usq; in in generatione & generationem ueritas eius.

C.

¶ Psalmus ipsi David.

Misericordiā & iudiciū, cātaho tibi Dñe. Psallam & intelligam in uia immaculata, quando uenes ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuāricationes odini.

Non

PSALTERIUM

Non adhæsit mihi cor prauum, declinantē a me
malignum non cognoscebam.

Detrahentē secreto pximo suo, hūc psequabar.
Superbo oculo & infatiabili corde, cum hoc nō
ēdebam.

Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeāt mecū, ambu
lans in uia immaculata hic mihi ministrabat.

Non habitauit in medio domus meę qui facit su
perbiam, qui loquitur iniqua non direxit in
conspetu oculorum meorum.

In matutino interficiebā omnes peccatores ter
ræ, ut disperderem de ciuitate Domini omnes
operantes iniquitatem.

CI.

Oratio pauperis cū anxietus fuerit, & coram
Domino effuderit precem suam.

Domine exaudi orationem meam, & cla
mor meus ad te ueniat.

Non auertas faciem tuā a me, in quacūq;
die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacūq; die inuocauero te, uelocit̄ exaudi me.
Quia defecerūt sicut fumus dies mei, & ossa mea
sicut cremum aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meū, quia
oblitus sum comedere panem meum.

A uoce gemitus mei, adhæsit os meū carni meę.
Similis factus sum pellicano solitudinis, factus
sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in
tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui
laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, &
poculum meum cum fetu miscebam.

A facie iræ indignatiōis tuæ, quia eleuās allisisti
Dies mei sicut umbra declinauerunt, & e- (me.
gō sicut scœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes, & me
moriale tuū in generatione & generationem.

Tu exurgēs misereberis Zion, quia tempus mi-
serendi eius, quia uenit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, &
terræ eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomē tuum Domine, & om-
nes reges terræ gloriā tuam.

Quia ædificauit Dominus Zion, & uidebitur in
gloria sua.

Respexit in orationem humilium, & non spreuit
precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera, & popu-
lus qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus
de coelo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum, ut solueret
filios interemptorum,

Vt

PSALTERIVM.

Vt annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Hierusalem.

In conueniendo populos in unū, & reges ut seruiant Domino.

Respondit ei in uia uirtutis suæ, paucitatē dierū meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierū meorum, in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent.

Et sicut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur, tu autē idem ipse es, & anni tui nō deficient.

Filij seruatorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur.

C 11.

Psalmus ipsi Dauid.

Benedic anima mea Dño, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderij tuū, renouabitur ut aglæ iuuetus tua.

Faci-

Faciens misericordias Dominus, & iudiciū omnibus iniuriam patientibus.

Nota fecit vias suas Moysi, filijs Israel uoluntati
Miserator & misericors Dñs, longanimitas & multum misericors. (tes suas.)

Nō in ppetuū irasces, neq; in cternū cōminabif.
Non secundū peccata nostra fecit nobis, neq; secundū iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniā secundū altitudinē cœli a terra corroboraui misericordiam suam super timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseresur pater filiorum misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniā puluis sumus, homo sicut foenū dies eius, tanq̄ flos agri sic efflorescit.

Quoniā spiritus peribit in illo & nō subsistet, & non cognosceret amplius locum suū.

Misericordiā autem Domini ab æterno & usq; in æternum, super timentes eum.

Et iusticia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius.

Et memores sunt mādatorū ipsius, ad faciendū ea. Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnū ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes angeli eius, potētes uirtute

PSALTERIVM.

uirtute facientes uerbum illius, ad audiendam
uocem sermonum eius.

Benedicite Domino omnes uirtutes eius, muni-
stri eius qui facitis uoluntatem eius.

Benedicite Dño omnia opera eius, in omni loco
dominationis eius, benedic anima mea Dño,

CIII.

¶ Ipsi Dauid.

Benedic anima mea Domino, Domine De-
us meus magnificatus es uehementer.
Confessionem & decorē induisti, amictus
lumine sicut uestimento.

Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis
superiora eius.

Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat
super pennas uentorum.

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tu-
os ignem urentem.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam, nō
inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut uestimentum amictus eius, super
montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient, a uoce tonitruu tu
formidabunt.

Ascendant mōtes & descendant campi, in locū
quem fundasti eis.

Terminū posuisti quē nō transgrediētur, neq; cō-
uertētur operire terrā, Qui

Qui emittis fontes in conuallibus, inter mediū
montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestię agri, expectabunt onā-
gri in siti sua.

Super ea uolucres cœli habitabunt, de medio pe-
trarum dabunt uoces.

Rigans montes de superioribus suis, de fructu
operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum iumentis, & herbam seruitutē
hominum.

Vt educas panem de terra, & uinum letificet cor
Vt exhilaret faciem in oleo, & panis (hois.
cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas
plantauit, illic passerēs nidificabunt.

Herodij domus dux est eorum, montes excelsi
ceruis, petra refugium herinaceis.

Fecit Lunā in tēpora, sol cognouit occasum suū.
Posuisti tenebras & facta ex nox, in ipsa pertran-
sibunt omnes bestię syluæ.

Catuli leonum rugientes ut rapiant, & querant
a Deo escam sibi.

Ortus est Sol & congregati sunt, & in cubilibus
suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum, & ad operationem
suam usq; ad uesperam.

Quam magnificata sunt opera tua Dñe, oīa in
K sapientiā

PSALTERIUM.

sapientia p̄fecisti, impleta est terra possessiōe tua.
Hoc mare magnum & spaciofum manibus, illis
reptilia quorum non est numerus.

Malia pusilla cū magnis, illic naues p̄transibūt.
Draco iste quē formasti ad illudendū ei, oīa a te
expectāt ut des illis escam in tempore.

Dante te illis colligent, aperiente te manum tuā
omnia implebuntur bonitate.

Auertēte autē te faciē turbabūt, auferes spiritū
eorū & deficiēt, & in puluerē suū reuertentur.
Emitte spiritū tuum & creabuntur, & renouabis
faciem terrē.

Sit gloria Domini in seculum, lætabitur Domi-
nus in operibus suis.

Qui respicit terram & facit eam tremere, qui tan-
git montes & fumigant.

Cantabo Dño in uita mea, psallā Deo meo q̄ diu
Iucundū sit ei eloquiū meū, ego uero (lum.
delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita ut nō
sint, benedic anima mea Domino.

Alleluia. CIII.

Confitemini Dño & inuocate nomē eius,
annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei & psallite ei, narrate oīa mira-
bilia eius, laudamini in nomine sancto eius.

Lætetur

Legretur cor querētū Dñm, querite Dñm & con-
firmamini, quærite faciem eius semper.

Mementote mirabilia eius quæ fecit, prodigi-
a eius & iudicia oris eius.

Semē Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.

Ipse Dñs De⁹ noster, in uniuersa terra iudicia ei⁹
Memor fuit in seculum testamenti sui, uerbi qđ
mandauit in mille generationes.

Qđ disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad
Et statuit illud Iacob in præceptū, & (Iaac,
Israel in testamentum æternum.

Dicens tibi dabo terram Chanaan, funiculum
hereditatis uestræ.

Cū essent numero breui, paucissimi & incolæ ei⁹.
Et pertranserunt de gente in gentem, & de re-
gno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit
pro eis reges.

Nolite tangere Christos meos, & in prophetis
meis nolite malignari.

Et uocauit famem super terram, & omne firma-
mentum panis contriuit.

Misit autē eos uirū, in seruū uenūdatus est Ioseph.
Humiliauerūt in cōpedibus pedes ei⁹, ferrū p̄trā
s̄ijs animam eius, donec ueniret uerbum eius.

Eloquū Dñi inflāmauit eum, misit rex & soluit
eū, princeps populorum & dimisit eum.

K & **Q**uærite

PSALTERIUM.

Constituit eum Dominum domus suæ, & principem
omnis possessionis suæ.
Ut erudiret principes eius sicut semetipsum, &
senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accolam
fuit in terra Cham.
Et auxit populum suum uehementer, & firmauit
eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorum ut odirent populum eius,
& dolum facerent in seruos eius.
Misit Moysen seruum suum, Aarō quem elegit ipsum.
Posuit in eis uerba signorum suorum & prodigiorum
in terra Cham.
Misit tenebras & obscurauit, & non exacerbauit
sermones suos.
Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit
piscis eorum.
Aedidit terra eorum ranas, in penetralibus regum
ipsorum.
Dixit, & uenit cynomyia & cinifes, in omnibus
finibus eorum.
Posuit pluias eorum grandinem, ignem comburentem
in terra ipsorum.
Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum, &
contriuuit lignum finium eorum.
Dixit, & uenit locusta & bruchus, cuius non erat
numerus,

Et come-

PSALTERIUM. 75

Et comedit omne foenum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.

Lætata est Aegyptus in profecione eorum, quia incubait timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.

Petierunt & uenit coturnix, & pane caeli saturauit eos.

Dirupit petram & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina.

Quoniam memor fuit uerbi sancti sui, quod habuit ad Abrahami puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in Ixticia.

Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt.

Ut custodiât iustificationes eius, & legem eius regrât

CV.

¶ Alleluia Alleluia.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius?

K 5

Beati

PSALTERIUM.

**Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iusticiam
in omni tempore.**

**Memento nostri Domine in beneplacito populi
tui, usque in salutari tuo.**

**Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad
lectandum in læticia gentis tuæ, ut lauderis cum
hereditate tua.**

**Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus,
iniquitatem fecimus.**

**Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mi-
rabilia tua, non fuerunt memores multitudi-
nis misericordie tuæ.**

**Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam
faceret potentiam suam.**

**Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est, & de-
duxit eos in abyssis sicut in deserto.**

**Et saluauit eos de manu odientium, & redemit
eos de manu inimici.**

**Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non
remansit.**

**Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliui sunt operum eius, & non su-
stinuerunt consilium eius.**

**Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & tea-
tauerunt Deum in iniquo.**

**Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturi-
tatem in agnas eorum.**

Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini.

Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abyron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores.

Et fecerunt uitulū in Oreb, & adorauerunt sculpsile Et mutauerunt gloriā suam in similitudinem uituli comedentis foenum.

Obliti sunt Deū qui saluauit eos, qui fecit magna in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.

Et dixit ut disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in cōfractioe in cōspectu eius.

Ut auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

Nō crediderūt uerbo eius, & murmurauerūt in tabernaculis suis, nō exaudierūt uocē Dñi.

Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.

Et ut deiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

Et iniecti sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina.

Et stetit Phinices & placuit, & cessauit quassatio

PSALTERIUM.

- Et reputatū est ei ad iusticiam, in generationem
& generationem usq; in sempiternum .
- Et irritauerūt eum ad aquas contradictionis , &
uexatus est Moyſes propter eos, quia exacer-
bauerunt spiritum eius .
- Et distinxit in labijs suis, non disperdiderunt
gentes quas dixit Dominus illis .
- Et cōmixti sunt inter gentes , & didicerunt ope-
ra eorum, & seruiuerunt sculptilibus eorum, &
factum est illis in scandalum .
- Et imolauerūt filios suos, & filias suas dēmonijs
Et effuderūt sanguinem innocentem, sanguinem
filiorum suorum & filiarum suarum, quas sa-
cristificauerunt sculptilibus Chanaan .
- Et infecta est terra in sanguinibus, & contamina-
ta est in operibus eorū, & fornicati sunt in ad-
inventionibus suis .
- Et iratus est furore Dominus in populum suum,
abominatus est hēreditatem suam .
- Et tradidit eos in manus gentium, & dominati
sunt eorum qui oderunt eos .
- Et tribulauerūt eos inimici eorum, & humiliati
sunt sub manib' eorū, sępe liberauit eos .
- Ipsi autem exacerbauerunt eum in cōsilio suo, &
humiliati sunt in iniquitatibus suis .
- Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationē
eorum .
- Et me-

- Et memor fuit testamenti sui, & penituit eum secundum multitudinem misericordie sue.
 Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.
 Saluos fac nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus.
 Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.
 Benedicamus Dñs Deus Israel a seculo & usq; in seculum, & dicet omnis populus fiat fiat.

¶ Alleluia. C VI.

- C**onfitemini Dño quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
 Dicat q; redēpti sunt a dño, q; redemit de manu inimici, & de regionib' cōgregauit eos.
 A solis ortu & occasu, ab Aquilone & mari.
 Errauerunt in solitudine in inaquoso, uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.
 Esuriētes & sitiētes, anima eorū in ipsis defecit.
 Et clamauerūt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.
 Et deduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis.
 Constanceant Domino misericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum.
 Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.

K 5

Seden-

PSALTERIVM.

Sedētes in tenebris & umbra mortis, uinctos in mendicitate & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum, & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad Dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum dirupit.

Confiteantur Domino misericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Quia contriuit portas aereas, & uectes ferreos confregit.

Suscepit eos de uia iniquitatis eorum, propter iniusticias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usq; ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur Domino misericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione.

Qui descēdūt mare in nauibus faciētes operatio-
nē in aquis multis.

1pñ

**Ipsi uiderunt opera Domini, & mirabilia eius
in profundo.**

**Dixit & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt
fluctus eius.**

**Ascendunt usq; ad cœlos, & descendunt usq; ad
abyssos, anima eorum in malis tabescebat.**

**Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis
sapientia eorum deuorata est.**

**Et clamauerunt ad Dominum cum tribularen-
tur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.**

**Et statuit procellam eius in auram, & siluerunt
fluctus eius.**

**Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in
portum uoluntatis eorum.**

**Consteantur Domino misericordię eius, & mi-
rabilia eius filijs hominum.**

**Et exalcent eum in ecclesia plebis, & in cathedra
seniorum laudent eum.**

**Posuit flumina in desertũ, & exitus aquarũ in steira
Terram fructiferam in saluginem, a malitia inha-
bitantium in ea.**

**Posuit desertum in stagna aquarum, & terram si-
ne aqua in exitus aquarum.**

**Et cõslocauit illic esurientes, & constituerunt ci-
uitatem habitationis.**

**Et seminauerunt agros & plantauerunt uineas,
& fecerunt fructum natiuitatis.**

Et bene-

PSALTERIVM.

Et benedixit eis & multiplicati sunt nimis, & incrementa eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt a tribulatione malorum & dolore.

Effusa est contentio super principes eorum, & errare fecit eos in inuio & non in uia.

Et adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias.

Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini?

CVII.

¶ Canticū Psalmi ipsi David.

Paratū cor meū Deus, paratū cor meū, cātabo & psallam in gloria mea.

Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara, exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super coelos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas tua.

Exaltare super coelos Deus, & super omnem terrā gloria tua, ut liberentur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua & exaudi me, Deus loquutus est in sancto suo.

Exultabo & diuidam Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar.

Meus

Meus est Galaad & meus est Manasses, & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus, Moab lebes spei meæ.

In Idumæam extendam calciamentū meū, mihi alienigenæ amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me usq; in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulisti nos? & nō exhibis Deus in uirtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione, quia uana falsus hominis.

In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

CVIII.

In finem Psalmus Dauid.

Dominus haudē meā ne taceris, quia os peccatoris & os dolosi super me aptū est.

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonib; odij circumdederūt me, & expu-

Pro eo ut me diligerēt (gnauerūt me gratis, detrahebāt mihi, ego autē orabam.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione meā.

Constituē super eum peccatorem, & Diabolus fiet a dextris eius.

Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

Fiant

PSALTERIVM.

Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter.

Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua.
Nutantes transferantur filij eius & mendicent,
eijciantur de habitationibus suis.

Scrutetur foenerator omnem substantiam eius,
& diripiant alieni labores eius.

Nō sit illi adiutor, nec sit q̄ misereat pupillis ei⁹.
Fiant nati eius in interitum, in generatione una
deleatur nomen eius.

In memoriā redeat iniquitas patrū ei⁹ in cōspe-
ctu Dñi, & peccatum matris eius nō deleatur.

Fiant cōtra Dñm semper, & dispareat de terra
memoria eorum, pro eo q̄ non est recordatus
facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem & mendicū,
& compunctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionem & ueniet ei, & noluit
benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut uestimentum, &
intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut
oleum in ossibus eius.

Fiat ei sicut uestimentum quo operitur, & sicut
zona qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud do-
minum, & qui loquuntur mala aduersus ani-
mam meam.

Et tu

PSALTERIVM. 30

Et tu Dñe Dñe fac mecum, propter nomen tuū,
quia suavis est misericordia tua.

Libera me quia egenus & pauper ego sum, &
cor meum conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat ablatum sum, & excus-
sus sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea
immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis, uiderunt
me & mouerunt capita sua.

Adiuua me Domine Deus meus, saluum me fac
secundum misericordiam tuam.

Et sciāt q̄a manus tua hæc, & tu Dñe fecisti eam.

Maledicēt illi & tu benedices, q̄ insurgunt in me
cōfundātur, seruus autē tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operi-
antur sicut diploide confusione sua.

Constebor Domino nimis in ore meo, & in me-
dio multorum laudabo eum.

Quia assistit a dextris pauperis, ut saluam face-
ret a persequentibus animam meam.

CIX.

¶ Psalmus David.

Dixit Dominus Domino meo, sede a de-
xtris meis.

Donec ponam inimicos tuos, scabellum
pedum tuorum.

Virgam

PSALTERIVM.

Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,
dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus
sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

Iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis confregit in die ire sue reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas, coquas
sabit capita in terra multorum.

De torrente in uita bibet, propterea exaltabit caput

¶ Alleluia.

CX.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo,
in consilio iustorum & congregatione,
Magna opera Domini exquisita in om-
nes uoluntates eius.

Confessio & magnificentia opus eius, & iusticia
eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & mi-
serator Dominus, escam dedit timentibus se.

Memor erit in seculo testamenti sui, uirtutem o-
perum suorum annuntiabit populo suo.

Vt det illis hereditatem gentium, opera manuum
eius ueritas & iudicium.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata in secu-
lum seculi, facta ueritate & æquitate.

Redemptionem misit Dominus populo suo, man-
dauit in æternum testamentum suum.

Sanctum

Sanctum et terribile nomen eius, initium sapientie timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in seculum seculi.

Alleluia.

CXI.

¶ Reuerſionis Aggæi & Zachariæ.

Beatissimus uir qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis.

Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

Gloria & diuitie in domo eius, & iusticia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator et iustus.

Iucundus homo qui miseretur & cõmodat, dispoſnit sermones suos in iudicio, quia in æternũ non commouebitur.

In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur, donec despicat inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculũ seculi, cornu ei⁹ exaltabitur in gloria.

Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

L Alleluia

PSALTERIVM .

CXII.

¶ Alleluia .

Laudate pueri Dñm, laudate nomē Dñi .
Sit nomen Domini benedictū, ex hoc nūc
& usq; in seculum .

A solis ortu usq; ad occasum laudabite no-
men Domini .

Excelsus super omnes gentes Dominus, & su-
per cœlos gloria eius .

Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis ha-
bitat, & humilia respicit in cœlo & in terra .

Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens
pauperem .

Vt collocet eum cum principibus, cum principi-
bus populi sui .

Qui habitare facit sterilem in domo, matrem fi-
liorum lætantem .

CXIII.

¶ Alleluia .

In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de
populo barbaro .

Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel pote-
stas eius .

Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est re-
rorsum .

Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut
agui ouium .

Quid

Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis
quia conuersus es retrorsum?

Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut
agni ouium.

A facie Dñi mota est terra, a facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum, & ru-
pem in fontes aquarum.

Nō nobis Dñe nō nobis, sed noi tuo da gloriā.

Super misericordia tua & ueritate tua, ne quan-
do dicant gentes, ubi est Deus eorū?

Deus aut̄ noster in cœlo, oīa q̄cunq; uoluit fecit,
Simulachra gentium argentum & aurum, opera
manuum hominum.

Os habent & non loquentur, oculos habent &
non uidebunt.

Aures habent & non audient, nares habent &
non odorabunt.

Manus habēt & nō palpabūt, pedes habent &
nō ambulabunt, non clamabūt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui
cōsidunt in eis.

Domus Israel sperauit in Dño, adiutor eorum
& protector eorum est.

Domus Aaron sperauit in Domino, adiutor eo-
rum & protector eorum est.

Qui timent Dominum sperauerunt in Dño, ad-
iutor eorum & protector eorum est.

L 2 Do

PSALTERIUM .

Dñs memor fuit nostri, & benedixit nobis.
 Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron,
 Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus.
 Adiciat Dominus super uos, super uos & super filios uestros.
 Benedixti uos Dño, qui fecit coelum & terram.
 Caelū coeli Dño, terram autē dedit filijs hominū.
 Non morruū laudabunt te Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum.
 Sed nos qui uiuimus benedicimus Domino, ex hoc nunc & usq; in seculum.

CXIII.

¶ Alleluia.

Dilexi quoniam exaudiet Dominus uocē orationis meae.
 Quia inclinauit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocabo.
 Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.
 Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui.
 O Domine libera animam meam, misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur.
 Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberauit me.
 Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quia

Quia eripuit animam meā de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.
Placebo Domino in regione uiuorum.

CXV.

¶ Alleluia.

CRedidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo, ois homo. Quid retribuam Dño, pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Dño reddā coram omni populo eius, preciosa in cōspectu Dñi mors sanctorum eius.

O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Dño reddā in cōspectu ois populi eius, in atrijs domus Dñi in medio tui Hierusalē.

CXVI.

¶ Alleluia :

LAudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Quoniā cōfirmata est super nos misericordia eius, & ueritas Dñi manet in æternum.

L 3

CXVII

PSALTERIVM.

CXVII.

Alleluia.

Confitemini Domino quoniam bonus,
quonia in seculum misericordia eius.
Dicat nunc Israel quoniam bonus, quonia
in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron, quoniam in seculum
misericordia eius.
Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in
seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudi-
uit me in latitudine Dominus.
Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat
mihi homo.
Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimi-
cos meos.
Bonum est confidere in Domino, quam confide-
re in homine.
Bonum est sperare in Domino, quam sperare in
principibus.
Omnes gentes circuierunt me, & in nomine Do-
mini quia ultus sum in eos.
Circudantes circudederunt me, & in nomine
Domini quia ultus sum in eos.
Circudederunt me sicut apes, & exarserunt sicut i-
gnis in spinis, & in nomine Domini quia ultus sum in eos.
Impulsus euersus sum ut caderem, & Dominus sus-
cepit me.

Form-

Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorum.
 Dextera Dñi fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Dñi fecit uirtutem.

Non moriar sed uiuam, & narrabo opera Dñi.
 Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iusticie, ingressus in eas confitebor Dño, hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

O Domine saluum me fac, o Domine bene prosperare, benedictus qui uenit in nomine Dñi.

Benediximus uobis de domo Dñi, Deus Dominus & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in condensis, usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te.

L 4 Cor

PSALTERIVM.

Confitebor tibi quoniā exaudisti me, & factus
es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniā
in seculum misericordia eius.

CXVIII.

¶ Alleluia. Aleph.

BEati immaculati in uia, qui ambulant in le
ge Domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius, in to
to corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, in uis
eius ambulauerunt.

Tu mandasti mādata tua custodiri nimis.

Vtinam dirigantur uisæ meæ, ad custodiendas iu
stificationes tuas.

Tunc non confundar, cum perspexero in omni
bus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod di
dici iudicia iusticiæ tuæ.

Iustificationes tuas custodiam, non me dereliquas
usquequaq̃.

Beth.

IN quo corrigit adulescentior uiam suam? in
custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te, ne repellas
me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloqa tua ut nō peccē tibi.
Bene

Benedictus es Dñe, doce me iustificationes tuas.
In labijs meis, pñciaui oia iudicia oris tui.

In uia testimoniorum tuorū delectatus sum, sicut
in omnibus diuitijs.

In mandatis tuis exercebor, & considerabo ui-
as tuas.

In iustificationibus tuis meditabor, non obliuif-
car sermones tuos.

Gimel.

Retribue sermo tuo, uiuifica me & custodi
am sermones tuos.

Reuela oculos meos, & cōsiderabo mira-
bilia de lege tua.

Incola ego sum in terra, non abscondas a me
mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificatio-
nes tuas, in omni tempore.

Increpasti superbos, maledicti qui declinant a
mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium & contemptū, quia te-
stimonia tua exquisiui.

Etenim federunt principes & aduersum me lo-
quebantur, seruus autem tuus exercebatur in
iustificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est, & con-
siliū meum iustificationes tuæ.

L 5 Deleth

PSALTERIUM.

Daleth.

ADhæsit pavimento anima mea, uiuifica me
secundum uerbum tuum.
Vias meas enunciaui & exaudisti me, doce
me iustificationes tuas.
Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me
in uerbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me, & de lege tua mi-
ferere mei.
Via ueritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimonijs tuis Dñe, noli me cõfundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilata-
sti cor meum.

Heth.

LEgem pone mihi Dñe uiam iustificationũ
tuarum, & exquiram eam semper.
Da mihi intellectũ & scrutabor legem tuã,
& custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia
ipsam uolui.
Inclina cor meũ in testimonia tua, & nõ in auari
Auerte oculos meos ne uideant uasitatẽ, (ciã
in uia tua uiuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuũ, in timore tuo.
Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum,
quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tuâ uiuifica me.

Vau:

ET ueniat sup me misericordia tua Dñe, salutare tuum secundum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus mihi uerbū, quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaq, quia in iudicijs tuis supersperaui.
Et custodiā legē tuā semp, in seculū & in seculum
Et ambulabam in latitudine, quia (seculi .
mandata tua exquisiui.
Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar.
Et meditrabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

Zain.

Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.
Hæc me cōsolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum uiuificauit me.
Superbi inique agebant usquequaq, a lege autē tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo Dñe, & consolatus sum.
Defectio tenuit me, p peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Canta-

PSALTERIVM.

Cantabiles mihi erant iustificaciones tuæ, in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.

Hæc facta est mihi, quia iustificatiões tuas exglui.

Heth.

Portio mea Dñe, dixi custodire legem tuã. Deprecat⁹ sum faciē tuã in toto corde meo miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas, & conuertii pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legē tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

Therh.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum uerbum tuum.

Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

Præquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborū, ego autē in toto corde meo scrutabor mādata Coagulatum est sicut lac cor eorū, ego (tua) uero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, sup milia auri & argēti Ioth.

Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me, da mihi intellectum ut discam mādata tua.

Qui timent te uidebunt me & lætabuntur, quia in uerba tua supersperauī.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consoletur me, secundū eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ & uinam, quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur supbi quia iniuste iniquitate fecerūt in me, ego autē exercebor in mādatiis tuis.

Conuertantur mihi timentes te, & qui noverūt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

Caph

PSALTERIUM.

Caph.

Defecit in salutare tuum anima mea, & in
uerbum tuum super speraui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum,
dicentes quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut uter in pruina, iustificatio-
nes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui, quando facies de perse-
quētibz me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non
ut lex tua.

Omnia mandata tua ueritas, iniqui persecuti
sunt me, adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra, ego
autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuā uiuifica me, & cu-
stodiam testimonia oris tui.

Lameth.

In æternum Domine, uerbum tuum perma-
net in caelo.

In generatione & generationem ueritas tua,
fundasti terram & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies, quoniam om-
nia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte peri-
issem in humilitate mea.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas,
quia in ipsis uiuificasti me.

Tuus

Tuus sum ego saluum me fac, quoniam iustificati
ones tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores ut perderent me.
testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis uidi finem, latum man-
datum tuum nimis.

Mem.

Quomodo dilexi legem tuam Domine,
tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me feci-
sti mandato tuo, quia in eternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, quia testimo-
nia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, quia mandata tua quaesui.

Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut cu-
stodiam uerba tua.

A iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem po-
suisi mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super
mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi, propterea odiui om-
nem uiam iniquitatis.

Nun.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lu-
men semitis meis.

Intraui, & statui custodire iudicia iusticiae
suae. Humiliatus

PSALTERIVM.

Humiliatus sum usquequaq; Domine uiuifica
me secundum uerbum tuum .

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, &
iudicia tua doce me .

Anima mea in manibus meis semper, & legem tu
am non sum oblitus .

Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de man
datis tuis non erraui .

Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternū,
quia exaltatio cordis mei sunt .

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes
tuas in æternum, propter retributionem .

Samech .

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi .
Adiutor & susceptor meus es tu, & in uerbū
tuum supersperaui .

Declinate a me maligni, & scrutabor mandata
Dei mei .

Suscipe me secundum eloquium tuū & uiuam, &
non confundas me ab expectatione mea .

Adiuua me & saluus ero, & meditabor in iustifi
cationibus tuis semper .

Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis, quia
iniusta cogitatio eorum est .

Præuaricantes reputaui omnes peccatores ter
ræ, ideo dilexi testimonia tua .

Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim
tuis timui .

Ala

Ain.

Feci iudicium & iusticiam, non tradas me
calumniantibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum, non calum-
nientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in elo-
quium iusticiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tu-
am, & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum ut sci-
am testimonia tua.

Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem
tuam.

Ideo dilexi mādata tua, sup aurū & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, om-
nem uiam iniquam odio habui.

Phe.

Mirabilia testimonia tua Domine, ideo
scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illumi-
nat, & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui & attraxi spiritum, quia man-
data tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei, secundum iudiciū
diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum, &
non dominetur mei omnis iniusticia.

M Redime

PSALTERIUM.

Redime me a calumnijs hominum, ut custodiam
mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum, & do
ce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non
custodierunt legem tuam.

Sade.

Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum:
Mandasti iusticiam, testimonia tua, & uerita-
tem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus, quia obliui sunt
uerba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus
tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus, iustifica-
tiones tuas non sum oblitus.

Iusticia tua iusticia in æternũ, & lex tua ueritas.
Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata
tua meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternum, intellectu
da mihi & uiam.

Kuph.

Clamau in toto corde meo exaudi me
Dñe, iustificationes tuas requiram.
Clamau ad te saluum me fac, ut custodiã
mandata tua.

Præueni in maturitate & clamau, quia in uerba
tua super speraui.

Præue-

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, & secundum iudicium tuum uiuifica me.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Domine, & omnes ueritate tue ueritas.

Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.

Res.

Vide humilitatem ineam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

Iudicia iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum uiuifica me.

Longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordie tue multæ Domine, secundum iudicium tuum uiuifica me.

Multi qui persequuntur me & tribulant me, a testimonijs tuis non declinauit.

Vidi præuariantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine, in misericordia tua uiuifica me.

Principium uerborum tuorum ueritas, in æternum omnia iudicia iusticie tue.

M 2

Schün

PSALTERIUM.

Schin.

P Rincipes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meum.

Labor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iusticie tue.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer.

Seruauit mandata tua & testimonia tua, quia omnes uix mee in conspectu tuo.

Thau.

A Ppropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua xquitas.

Fiat

Fiat manus tua ut saluet me, qm̄ mandata tua ele
Concupiui salutare tuum Dñe, & lex tua (gi.
meditatio mea est.

Viuet anima mea et laudabit te, & iudicia tua ad
iuuabunt me.

Erraui sicut ovis quæ periit, quære seruum tuũ
Dñe, quia mandata tua non sum oblitus.

CXIX.

¶ Canticum graduum.

AD Dominum cum tribularer clamaui, &
exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labijs ini
quis, & a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi, ad lin
guam dolosam?

Sagittę potēris acutę, cū carbonib' defolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est,

habitaui cum habitantibus Cedar, multum in
cola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum
loquebar illis impugnabant me gratis.

CXX.

¶ Canticum graduum.

Leuauit oculos meos in montes, unde ueniet
auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, qui fecit cœ
lum & terram.

M

Nos

PSALTERIVM.

Non det in commotionem pedem tuum, neq̄
dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neq̄ dormiet, qui custodit
Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua su
per manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, neq̄ luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo, custodiat a
nimam tuam Dominus.

Dñs custodiat introitum tuum & exitum tuum,
ex hoc nunc & usq̄ in seculum.

CXXI.

¶ Canticum graduum.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in
domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis
Hierusalem.

Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius par
ticipatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderūt tribus, tribus Dñi testimo
nium Israel, ad cōstitendum nomini Domini.

Quia illic federunt sedes in iudicio, sedes super
domum David

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abun
dantia diligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus
tuis.

Propter

Propter fratres meos & proximos meos, loque
bar pacem de te.

Propter domū Dñi Dei nr̄i, quæſtui bona tibi.

CXXII.

¶ Canticum graduum.

AD te leuavi oculos meos, qui habitas in cę
Ecce sicut oculi seruatorū, in manibus (lis.
dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita
oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, do
nec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine miserere nostri, quia
multum repleti sumus despectione.

Quia multū repleta est anima nostra, opprobriū
abundantibus, & despectio superbis.

CXXIII.

¶ Canticum graduum.

Nisi quia Dominus erat in nobis dicat nūc
Israel, nisi quia Dñs erat in nobis .

Cum exurgerent homines in nos, forte
uiuos deglutissent nos .

Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan a-
qua absorbuisset nos.

Torrentē p̄transiuit anima nostra, forsitan p̄tran-
sisset anima nostra, aquā intolerabilem.

Benedictus Dominus qui non dedit nos in ca-
ptionem dentibus eorum .

M 4

Anima

PSALTERIUM.

Asa nra sicut passer erepta est, de laqueo uenatis.
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui se-
cit coelum & terram.

CXXIII.

¶ Canticum graduum.

Qui confidunt in Domino sicut mons Si-
on, non commouebitur in æternum,
qui habitat in Hierusalem.

Montes in circuitu eius, & Dñs in circuitu po-
puli sui, ex hoc nunc & usq; in seculum.

Quia nō relinquet Dominus uirgam peccatorū
super sortem iustorum, ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine, bonis & rectis corde,

Declinantes autē in obliuationes adducet Dñs
cū operantibus iniquitatē, pax super Israel.

CXXV.

¶ Canticum graduum.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion
facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lin-
gua nostra exultatione.

Tunc dicēt inter gentes, magnificauit Dominus
facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti su-
mus ixtantes.

Conuer-

Conuertere Domine captiuitatem nostram, sicut
torrens in austro.

Qui semināt in lachrymis, in exultatione metēt;
Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.

Venientes autem uenient cum exultatione, por-
tantes manipulos suos.

CXXXVI.

¶ Canticum graduum Salomoni.

Nisi Dominus ædificauerit domum, inua-
num laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem, fru-
stra uigilat qui custodit eam.

Vanū est uobis ante lucē surgere, surgite postquā
federitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæredi-
tas Domini filij, merces fructus uentris.

Sicut sagittæ in manu potētis, ita filij excussorū.
Beatus uir q̄ impleuit desideria suā ex ipsis, non
cōfundetur cū loquetur inimicis suis in porta.

CXXXVII.

¶ Canticum graduum.

Beati omnes qui timent Dominum, qui am-
bulant in uijs eius.

Labores manuum tuarum quia manduca-
bis, beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua sicut uitis abundans, in lateribus do-
mus tuæ.

M & Filijs

PSALTERIUM.

Filij tui sicut nouelle oliuarum, i circuitu mēse tue.
Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominū.
Benedicat tibi Dominus ex Sion, & uideas bona
Hierusalem omnibus diebus uite tue.
Et uideas filios filiorū tuorū, pacem super Israel.

CXXVIII.

¶ Canticum graduum.

SAepe expugnaverunt me a iuuentute mea,
dicat nunc Israel.

Sæpe expugnaverunt me a iuuentute mea,
etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores,
prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorum,
confundantur & conuertentur retrorsum omnes
qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum testorum, quod priusquā euellatur
exaruit.

De quo non impleuit manum suam qui metit, &
sinum suum qui manipulos colligit.

Et nō dixerūt q̄ preteribāt benedictio Dñi sup
uos, benediximus uobis in nomine Domini.

CXXIX.

¶ Canticum graduum.

DE profundis clamaui ad te Domine, Do
mine exaudi uocem meam.

Fiant aures tue intendentēs, in uocem
deprecationis meæ. Si

Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine
quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio est, & propter legem
tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit ani-
ma mea in Domino.

A custodia matutina usq; ad noctem speret Isra-
el in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, & copiosa
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnib; iniquitatib; eius.

CXXX.

¶ Canticum graduum.

Domine nō est exaltatum cor meum, neq;
elati sunt oculi mei.

Neq; ambulauī in magnis, neq; in mira-
bilibus super me.

Si nō humiliter sentiebā, sed exaltaui aīam meā.
Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retri-
butio in animam meam.

Speret israel In Dño, ex hoc nūc & usq; ī seculū.

CXXXI.

¶ Canticum graduum.

Memento Domine Dauid, & omnis man-
suetudinis eius.

Sicut iurauit Domino, uotū nouit Deo
Iacob.

Si

PSALTERIVM.

Si introiero in tabernaculum domus meæ, si
ascendero in lectum strati mei.

Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis
dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam lo-
cum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Ecoe audiuius eam in Effrata, inuenimus eam
in campis syluæ.

Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus
in loco ubi steterunt pedes eius.

Surge Domine in requiam tuam, tu & arca san-
ctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iusticia, & sancti tui exul-
tent. Propter David seruum tuum, non auer-
tas faciem Christi tui.

Iurauit Dñs David ueritatē & nō frustrabit eū,
de fructu uentris tui ponā super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum, & te-
stimonia mea hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum usq; in seculum, sedebunt super se-
dem tuam.

Quonia elegit Dominus Sion, elegit eam in ha-
bitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo
quonia elegi eam.

Vidua eius benedicens benedicam, pauperes
eius saturabo panibus.

Sacerdo-

Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid, paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

CXXXII.

¶ Canticum graduum.

Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram uestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & uitam usque in seculum.

CXXXIII.

¶ Canticum graduum.

Ecce nunc benedicite Domino, omnes serui Domini.

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite Domino.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum & terram.

¶ Alleluia.

CXXXIII.

Laudate

PSALTERIUM.

Laudate nomē Dñi, laudate serui Dominū.
 Qui statis in domo Domini, in atrijs do-
 nus Dei nostri.
 Laudate Dominum, quia bonus Dominus, psal-
 lite nomine eius quoniam suauē.
 Quoniā Iacob elegit sibi Dominus, Israel in pos-
 sessionem sibi.
 Quia ego cognoui quod magnus est Dominus,
 & Deus noster præ omnibus dijs.
 Omnia quæcūq; uoluit Dominus fecit in coelo
 & in terra, in mari & in omnibus abyssis.
 Educens nubes ab extremo terre, & fulgura in
 pluuiam fecit.
 Qui producit uentos de thesauris suis, q̄ percussit
 primogenita Aegypti ab hoīe usq; ad pecus.
 Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte,
 in Pharaonem & in omnes seruos eius.
 Qui percussit gētes multas, & occidit reges fortes
 Seōn regem Amorreorum, & Og regem Basan,
 & omnia regna Chanaan.
 Et dedit terram eorum hæreditatem, hæredita-
 tem Israel populo suo.
 Domine nomen tuum in æternum, Domine me-
 moriale tuum in generatione & generationē.
 Quia iudicabit Dominus populum suum, & in
 seruis suis deprecabitur.
 Simulacrā gentium argentū & aurū, & opera ma-
 nuum hominum. Os

Os habent & non loquentur, oculos habent &
non uidebunt.

Aures habent & non audient, neq; enim est spi-
ritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui cō-
fidunt in eis.

Domus Israel benedicite Domino, Domus Aa-
ron benedicite Domino.

Domus Leui benedicite Domino, qui timentis
Dominum benedicite Domino.

Benedict⁹ Dñs ex Sion, q̄ habitat in Hiernsalē.

¶ Alleluia. CXXXV.

Confitemini Domino quoniā bonus, quo-
niam in seculum misericordia eius.

Confitemini Deo Deorū, qm̄ in seculum.

Confitemini Domino Dominorum, quoniam.

Qui facit mirabilia magna solus, quoniam.

Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam.

Qui firmavit terram super aquas, quoniam.

Qui fecit luminaria magna, quoniam.

Solem in potestatem diei, quoniam in æternum
misericordia eius.

Lunam & stellas in potestatem noctis, quoniam.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eo-
rum, quoniam.

Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam.

In

PSALTERIUM.

In manu potenti, & brachio excelsa, quoniam.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quonia
in æternum misericordia eius.
Et eduxit Israel per medium eius, quoniam.
Et excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari
rubro, quoniam.
Qui traduxit populum suum per desertum, quo
niam in seculum misericordia eius.
Qui percussit reges magnos, quoniam.
Et occidit reges fortes, quoniam.
Seon regem Amorreorum, quoniam.
Et Og regem Basan, quoniam.
Et dedit terram eorū hereditatem, quoniam.
Hereditatem Israel seruo suo, quoniam.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quo
niam in seculum misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam.
Qui dat escam omni carni, quoniam.
Confitemini Deo cœli, quoniam.
Confitemini Domino dominorum, quoniam in
æternum misericordia eius.

CXXXVI.

S Psalmus Dauid propter Hieremiam.
Super flumina Babylonis illic sedimus & fle
uimus, dum recordaremur tui Sion.
In salicibus in medio eius, suspendimus or
gana nostra.

Quia

Quia illic interrogauerūt nos, qui captiuos duxerūt nos, uerba cantionum.

Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cātabim⁹ cāticū Dñi in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. (mez.)

Si nō pposuero Hierusalem, in principio leticię Memor esto Dñe filiorā Eddō, in die Hierusalē.

Qui dicunt exinanite exinanite, usq; ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quā retribuisti nobis.

Beat⁹ q tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

CXXXVII.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia uerba oris mei.

In conspectu angelorū psallam tibi, adorabo ad templū sanctū tuū & confitebor nomini tuo.

Super misericordiā tuā & ueritate tuā, quoniam magnificasti super omne nomen sanctū tuum.

In quacunq; die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea uirtutem.

N

Conf-

PSALTERIVM.

Conſteātur tibi Domine omnes reges terrę, ꝛa
audierunt oīa uerba oris tui.

Et cantent in uijs Dñi, quoniam magna eſt gloria
Domini .

Quoniam excelfus Dñs & humilia reſpicit, & al-
ta a longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulatiōis uiuificabis
me, & ſuper iram inimicorū meorū extendiſti
manū tuā, & ſaluū me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine miſericor-
dia tua in ſeculū, opa manū tuarū ne deſpicias.

CXXXVIII.

In finem Pſalmus Dauid.

Domine ꝓbaſti me & cognouiſti me, tu co-
gnouiſti ſeſſionē meā & reſurrectionem
Intellexiſti cogitatiōes meas de (meā.
Iōge, ſemitā meā & funiculū meū inueſtigaiſti.
Et omnes uias meas ꝓꝛæuidiſti, quia non eſt ſer-
mo in lingua mea.

Ecce Dñe tu cognouiſti oīa nouiſſima & anti-
qua, tu formaſti me et poſuiſti ſup me manū
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, (tuā.
confortata eſt, & non potero ad eam.

Quo ibo a ſpīritu tuo, & quo a facie tua fugiā?
Si aſcendero in cœlum tu illic eſ, ſi deſcendero
in infernum ades .

Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero
in extremis maris: Etenim

Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi, forsitan tenebræ conculcabūt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebræ nō obscurabūtur a te, & nox sicut dies illuminabit, sicut tenebræ eius ita & lumen

Quia tu possedisti renes meos, suscepi- (eius. si me de utero matris meæ.

Cōfitebor tibi, q̄a terribiliter magnificat⁹ es, mirabilia opa tua, & aīa mea cognoscer nimis.

Non est occultatū os meū a te q̄d fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectū meū uiderūt oculi tui, & in libro tuo oēs scribētur, dies formabunt & nemo in eis.

Mihi aut̄ nimis honorificati sunt amici tui De⁹, nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos & super arenā multiplicabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores, uiri sanguinum & clinare a me.

Quia dicitis in cogitatione, accipiam in uanitate ciuitates suas.

Nonne qui oderūt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderā illos, inimici facti sunt mihi

Proba me Deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas.

N 2 Et

PSALTERIUM.

Et uile si uia iniquitatis in me est, & deduc me
in uia æterna.

CXXXIX:

In finem Psalmus Dauid.

ERipe me Domine ab homine malo, a uiro
iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde, te
ta die constituebant prælia.
Acuerunt linguas suas sicut serpentes, uenenum
aspidum sub labijs eorum.
Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab
hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, ab
sconderunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scan
dalum posuerunt mihi.
Dixi Domino, Deus meus es tu, exaudi Domi
ne uocem deprecationis meæ.
Domine Domine uirtus salutis meæ, obumbrasti
super caput meum in die belli.
Non tradas me Domine a desiderio meo pecca
tori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas
me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum
operiet eos.
Cadent super eos carbones, in ignem deicies e
os, in miserijs non subsistunt.

Vir

Vir linguosus non dirigetur in terra, uirum iniu-
stum mala capient in interitum.

Cognoui quia faciet Dominus iudiciū inopis,
& uindictam pauperum.

Veruntamen iusti constabuntur nomini tuo, &
habitabunt recti cum uultu tuo.

CXL.

¶ Psalmus Dauid.

Domine clamaui ad te exaudi me, inten-
de uoci meæ cū clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in
conspetu tuo, eleuatio manuum mearū sacrifi-
cium uespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium cir-
cumstantiæ labijs meis.

Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad ex-
cusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operatibus iniquitatem, & nō
communicabo cum electis eorum.

Corripiet me iust⁹ in misericordia & increpabit
me, oleū autē peccatoris nō impinguet caput

Quia adhuc & oratio mea in beneplacitis (meū
eorū, absorpti sunt iun& petre iudices eorū

Audient uerba mea quoniam potuerunt, sicut
crassitudo terræ erupta est super terram.

Dispersa sunt ossa nostra secus infernū, quia ad
te Domine Dñe oculi mei, in te speraui nō au-

feras animam meam,

N 3

PSALTERIUM.

Custodi mea laqueo quem statuerunt mihi, &
a scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiacula eius peccatores, singulariter
sum ego donec transeam.

C X L I.

Intellectus David cū esset in spelūca Oratio.
Voce mea ad Dominū clamaui, uoce mea
ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in cōspectu eius orationē meā, et
tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cogno
uisti semitas meas.

In uia hac qua ambulabā, absconderūt laqueum
Considerabā ad dexterā & uidebam, & (mihi,
non erat qui cognosceret me.

Perijt fuga a me, & nō est q̄ reqrat animā meam.
Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes mea, por
tio mea in terra uiuentium.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliā
tus sum nimis.

Libera me a persequentibus me, quia conforta
ti sunt super me.

Educ de custodia animā meā ad cōstendū nomi
ni tuo, & me expectāt iusti donec retribuas mi
hi.

C X L I I.

Psalmus David quando persequeba
tur eum filius suus Absolon.

Domine

Domine exaudi orationem meā, auribus
percipe obsecrationē meam, in uerita
te tua exaudi me, in tua iusticia.

Et non intres in iudiciū cū seruo tuo, quia non iu-
stificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam, hu-
miliauit in terra uitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculī,
& anxiatu est super me spiritus meus, in me
turbatum est cor meum.

Memor fui dierū antiquorū, meditatus sum in
oib⁹ opib⁹ tuis, in factis manū tuarū medita-
Expandi manus meas ad te, anima mea si- (bar,
cut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Dñe, defecit spiritus me⁹.
Non auertas faciem tuam a me, & similis ero de-
scendentibus in lacum.

Auditam fac mihi man⁹ misericordiam tuam, quia
in te speraui.

Notā fac mihi uiam in qua ambulem, quia ad te
leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Dñe, ad te cōfugi, do-
ce me facere uolūtatē tuā, quia Deus meus es tu.
Spiritu⁹ tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā, pp̄
nomē tuū Dñe uiuificabis me in regate tua.

Educes de tribulatione animā meā, & in miseri-
cordiā tua disperdes omnes inimicos meos

N **4** **B**

PSALTERIVM

Et perdes omnes qui tribulant animam meam,
quoniam ego seruus tuus sum.

CXLIII.

¶ Dauid aduersus Goliath.

Benedictus Dominus Deus me⁹, qui docet
manus meas ad prælium, digitos meos
ad bellum.

Misericordia mea & refugium meum, susceptor
meus & liberator meus.

Protektor meus & in ipso speraui, qui subdit po-
pulum meum sub me.

Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut fi-
lius hominis quia reputas eum.

Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut
umbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos & descende, tange
montes & fumigabunt.

Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte
sagittas tuas & conturbabis eos.

Emitte manū tuā de alto, eripe me & libera me
de aquis multis, de manu filiorum alienorū.

Quorum os locutum est vanitatem, & dextera
eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cātabo tibi, in psalterio
decachordo psallam tibi.

Qui das salutē regibus, qui redemisti Dauid ser-
uum tuum, de gladio maligno eripe me.

Et

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorū
os locutum est uanitatem, & dextera eorum
dextera iniquitatis.

Quorum filij sicut nouellæ plantationes, in iu-
uentute sua.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut simili-
tudo templo.

Promptuaria eorū plena, eructātia ex hoc in il-
Oues eorū fetosæ abundantes in egressi- (Iud.
bus suis, boues eorum crassæ.

Non est ruina macerizæ neq; transitus, neq; cla-
mor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus
populus cuius Dominus Deus eius.

CXLIII.

Laudatio ipsi Dauid. Aleph.

Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam
nomini tuo in seculū & in seculū seculi.

Beth. Per singulos dies benedicā tibi, &
laudabo nomē tuū in seculū, & in seculū seculi.

Gimel. Magnus Dominus & laudabilis nimis
& magnitudinis eius non est finis.

Daleth. Generatio & generatio laudabit opa
tua, & potentiam tuam pronuntiabunt.

He. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ lo-
quentur, & mirabilia tua narrabunt.

Vau. Et uirtutem terribilium tuorum dicent,
N 5 &

PSALTERIUM.

- & magnitudinem tuam narrabuunt.
Zain. Memoriam abundantiae suauitatis tuae
eructabunt, & iusticia tua exultabunt.
Heth. Miserator & misericors Dominus, pati
ens & multum misericors.
Thet. Suzuis Dminus uniuersis, & miseratio-
nes eius super omnia opera eius.
Iod. Consteantur tibi Domine omnia opera
tua, & sancti tui benedicant tibi.
Caph. Gloriam regni tui dicent, & potentiam
tuam loquentur
Lamech. Vt notam faciant filijs hominum po-
tentiam tua, & gloria magnificetiae regni tui.
Mem. Regnum tuum regnum omnium seculo-
rum, & dominatio tua in omnem generationem
& generationem.
Nun. Fidelis Dominus in omnibus uerbis su-
is, & sanctus in omnibus operibus suis.
Samech. Alleuat Dominus omnes qui corru-
unt, & erigit omnes elisos.
Ain. Oculi omnium in te sperant Domine, &
tu das escam illorum in tempore opportuno.
Phe. Aperis tu manum tuam, & implem omne
animal benedictione.
Zade. Iustus Dominus in omuibz uis suis,
& sanctus in omibus operibus suis.
Kuph. Prope est Dominus, omnibus inuocan-
tibus

tibus eū, omnibus inuocātibus eū in veritate.
 Res. Voluntatē timentū se faciet, & deprecā
 tionem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Schin Custodit Dominus omnes diligentes
 se, & omnes peccatores disperdet.

Thau. Laudationem Domini loquetur os me
 um, & benedicat omnis caro nomini sancto e
 ius in seculum & in seculum seculi.

CXLV.

¶ Alleluia. Aggæi & Zachariæ.

LAuda aīa mea Dñm, laudabo Dñm in uita
 mea, psallā Deo meo quamdiu fuero.
 Nolite cōfidere in principibus, in filiis ho
 minum in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius & reuertetur in terrā suam,
 in illa die peribunt oēs cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius
 in Domino Deo ip̄sus, qui fecit cœlum & ter
 ram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit ueritatē in seculum, facit iudicium
 iniuriā patientibus, dat escā esurientibus,

Dñs soluit cōpeditos, Dñs illuminat cæcos.

Dñs erigit elisos, Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum & uiduam
 suscipiet, & uias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in secula, Deus tuus Sion,
 in generatione & generationem.

CXLVI

PSALTERIVM.

CXLVI.

¶ Alleluia.

Laudate Dñm, qm̄ bonus est psalmus, Deo nostro sit iucunda decoraq; laudatio.

Laedificans Hierusalem Dominus, dispersi ones Israelis congregabit.

Qui sanat cōtritos corde, & alligat cōtritiōes e-

Qui numerat multitudinē stellarū, & om- (orū,
nibus eis nomina uocat.

Magnus Dominus noster & magna uirtus eius,
& sapientiæ eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus, humilians au-
tem peccatores usq; ad terram.

Præcinite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlū nubibus, & parat terræ pluuiā.

Qui producit in montibus scænam, & herbam
seruituti hominum.

Qui dat tumentis escam ipsorum, & pullis cor-
uorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi uoluntatem habebit,
neq; in tibijs uiri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum,
& in eis qui sperant super misericordia eius.

CXLVII.

¶ Alleluia. Aggæi & Zachariæ.

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deū
tuum Sion.

Quo-

Quoniam confortauit feras portarum tuarum,
benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti
satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ, uelociter cur-
rit sermo eius.

Qui dat njuē sicut lanā, nebulā sicut cinerē spar-
Mittit cristallū suam sicut buccellas, an- (git.
te faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet uerbum suum & liquefaciet ea, stabit spi-
ritus eius & fluent aquæ.

Qui annunciat uerbum suum Iacob, iusticias &
iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō
manifestauit eis.

CXLVIII.

¶ Alleluia. Aggæi & Zachariæ.

Laudate Dñm de cœlis, laudate eū in excel-
Laudate eū oēs angeli eius, laudate (lis.
eum omnes uirtutes eius.

Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stel-
læ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes quæ
super cœlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & cre-
ata sunt.

Statuit ea in seculum & in seculum seculi, præ-
ceptū posuit, & non præteribit.

PSALTERIVM.

Laudate Dñm de terra, dracones & oēs abyssi,
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum,
quæ faciunt uerbum eius.

Montes & oēs colles, ligna fructifera & oēs ce-
Bestiæ & uniuersa pecora, serpentes & (dri,
uelucres pennatæ.

Reges terræ & omnes populi, principes & om-
nes iudices terræ.

Iuuenes & uirgines, senes cū iunioribus laudēt
nomē Dñi, quia exaltatū est nomē eius solius.

Confessio eius super cœlum & terram, & exalta-
uit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel, popu-
lo appropinquantī sibi.

¶ Alleluia.

CXLIX.

Cantate Domino canticum nouum, laus
eius in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filij
Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro, in tympano &
psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo,
& exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubili-
bus suis.

Exultationes Dei in gutture eorū, & gladij ancipites
in manibus eorum.

Ad

Ad faciendam uindictam in nationibus, incre-
pationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, &
nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum, gloria
hæc est omnibus sanctis eius.

CL.

¶ Alleluia.

Laudate Dominum in sanctis eius, laudate
eum in firmamento uirtutis eius.

Laudate eum in uirtutibus eius, laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalte-
rio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro, laudate eum
in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, lau-
date eum in cymbalis iubilationis. Omnis spi-
ritus laudet Dominum.

Explicit Psalterium.

SEQVNTVR

alij Psalmi siue Cantica ex sacris literis, in ecclesijs cantari solita.

¶ Canticum Mose. Exo. XV.

Tunc cecinit Moses & filij Israel, carmen hoc Domino, & dixerunt.

CAntemus Dño, gloriose em̄ magnificatus est, equū & aicensorē deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus & glorificabo eum, Deus patris mei & exaltabo eum.

Dominus quasi uir pugnator, omnipotens nomen eius, currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Dñe magnificata est in fortitudine, dextera tua Dñe percussit inimicū, & in multitudine glorię tuę deposuisti aduersarios meos. Misisti irā tuā, quę deuorauit eos sicut stipulā, & in spiritu furoris tui congregatę sunt aquę. Stetit undā fluens, congregatę sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea.

Euagina.

**Euaginato gladiū meū, interficiet eos man⁹ mea
Flauit spiritus tu⁹ & operuit eos mare, submersi
sunt, quasi plumbū in aquis uehementibus .**

**Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis
tui magnificus in sanctitate? terribilis atq; lau-
dabilis faciens mirabilia .**

Extendisti manū tuā, & deuorauit eos terra .

**Dux fuisti in misericordia tua populo quē rede-
Et portasti eum in fortitudine tua, (misti
ad habitaculum sanctum tuum .**

**Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obti-
nuerunt habitatores Philistim .**

**Tūc conturbati sunt principes Edom, robustos
Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes
habitatores Chanaan .**

**Irruat super eos formido & pauor, in magnitudi-
ne brachij tui .**

**Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat
populus tuus Domine, donec pertranseat po-
pulus iste quem possedisti .**

**Introduces eos & plātabis in mōte hēreditatis
tuę firmissimo habitaculo tuo quā opar⁹ es Dñe.
Sanctuariū tuū Dñe, quod firmauerūt manus ,**

Dñs regnabit in æternum & ultra .

**Ingressus est enim eques Pharaō cū curribus et
equitibus eius in mare, & reduxit super eos
Dominus aquas maris .**



CANTICA.

Filij aut̄ Israel ambulauerūt p̄ siccū in medio ei⁹.

¶ Canticum Mose. Deut. XXXII.
Locut⁹ est Moses, audiēte uniuerso coetu Israel,
uerba carminis huius, & ad finē usq; cōpleuit.

A Udite cœli quæ loquor, audiat terra uer-
ba oris mei.

Concresecat ut pluuia doctrina mea, fluat
ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, & quasi stellæ super
gramina, quia nomen Domini inuocabo.

Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta
sunt opera, & omnes uix eius iudicia.

De⁹ fidelis & absq; ulla iniquitate, iust⁹ & rect⁹.
Peccauerūt ei, non filij eius in sordibus.

Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis
Domino popule stulte & inspiens?

Nūquid non ipse est pater tuus, qui possedit te
& fecit & creauit te?

Memento dierum antiquorum, cogita generati-
ones singulas.

Interroga patrem tuū, & annuntiabit tibi, maio-
res tuos & dicent tibi.

Quando diuidebat altissimus gentes, quando se
parabat filios Adam.

Constituit terminos populorum, iuxta numerū
filiorum Israel.

Para

Pars autem Domini populus eius, Iacob funicu-
lus hereditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta, in loco horro-
ris & vastæ solitudinis.

Circumdedit eum & docuit, & custodiuit quasi
pupillam oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos su-
os, & super eos uolitans.

Expandit alas suas & assumpsit eum, atq; porta-
uit, in humeris suis.

Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo
Deus alienus.

Constituit eum super excelsum terram, ut come-
deret fructus agrorum.

Vt sugeret mel de petra, oleūq; de saxo durissi-
mo. Butyrū de armēto, & lac de ouib; cū adi-
pe agnor; & arietū filiorum Basan.

Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem uiræ
biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incras-
satus, impinguatus, dilatatus.

Dereliquit Deū factorem suum, & recessit a Deo
salutari suo.

Prouocauerūt eum in dijs alienis, & in abomi-
nationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos
ignorabant.

O 2 Nou;

CANTICA:

Novi recentesq; venerunt, quos non coluerunt
patres eorum.

Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es
Domini creatoris tui.

Vidit Dominus & ad iracundiã concitatus est,
quia prouocauerunt eum filij sui & filix.

Et ait, abscondam faciem meam ab eis, & consi-
derabo nouissima eorum.

Generatio enim peruersa est, & infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui nõ erat Deus,

& irritauerunt in uanitatibus suis,
Et ego prouocabo eos in eo qui non est popu-
lus, & in gente sulta irritabo illos,

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq;
ad inferni nouissima.

Deuorabitq; terram cum germine suo, & monti
um fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas
complebo in eis.

Consumentur fame, & deuorabũt eos aues mor-
tuæ amarissimo.

Dentes bestiarũ immittã in eos, cũ furore tra-
hentiũ super terram atq; serpentium.

Foris uastabit eos gladi⁹ & int⁹ pavor, iuuenẽ si-
mul ac uirginẽ, lactãtem cum homine sene.

Et dixi, Vbi nam sunt? Cessare faciam ex homi-
nibus memoriã eorum.

Sed

Sed propter iram inimicorū distulī, ne forte superbirent hostes eorum.

Et dicerent, Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.

Gens absq̄ consilio est & sine prudentia, utinā saperēt & intelligerēt, ac nouissima puerēt.

Quomodo persequebatur unus mille, & duo fugarent decem milia?

Nonne ideo, quia Deus suus uēdidit eos, & Dominus conclusit illos?

Non enim est Deus noster ut dij eorū, & inimici nostri sunt iudices.

De uinea Sodomorum uinea eorū, & de suburbanis Gomorræ.

Vua eorum una fellis, & botrus amarissimus.

Fel draconū uinū eorū, uenenū aspidū insanabile;

Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum.

Iuxta est dies p̄ditōis, & adesse festināt tēpora.

Iudicabit Dominus populum suum, & in feruis suis miserebitur.

Videbit q̄ infirmata sit manus, & clausi quorū defecerunt, residuiq̄ consumpti sunt.

Et dicet, Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam.

○ §

De quorū

CANTICA.

De quorum uictimis comedebant adipēs, &
bibebant uinum libaminum.
Surgant & opitulentur uobis, & in necessitate
uos protegant.
Videte quod ego sim solus, & non sit alius. Deus propter me
Ego occidam & ego uiuere faciam, percussam, & ego sa-
nabo, & non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad caelum manum meam, & dicam, uino ego in
Si acuerit ut fulgor gladium meum, & aeternum.
arripuerit iudicium manus mea.
Reddam ultionem hostibus meis, & his qui ode-
runt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius me-
us deuorabit carnes.
De cruore occisorum, & de captiuitate nudati
inimicorum capitis.
Laudate gentes populum eius, quia sanguinem
feruorum suorum ulciscetur.
Et uindictam retribuet in hostes eorum, & pro-
pitius erit terrae populi sui.

¶ Canticum Hannae . I. Regum. II.

Et orauit Hanna & ait.

EXultauit cor meum in domino, & exaltatum
est cornu meum in Deo meo.
Dilatatum est os meum super inimicos me-
os, quia letata sum in salutari tuo.
Non est sanctus ut est Dominus, neque enim est a-

lius extra te, & nō est fortis sicut De^s noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes
Recedāt uetera de ore uestro, q̄a Deus scientiarū

Dñs est, & ipsi preparātur cogitatiōes. (re.
Ar^s fortium supat^r est, & infirmi acci^si sunt robo
Repleti pri^o p panibus se locauerūt, & famelicā
Donec sterilis peperit plurimos, (saturati sunt.
& quę multos habebat filios infirmata est.

Dñs mortificat & uiuificat, deducit ad inferos
& reducit.

Dñs paupem facit & ditat, humiliat et subleuat,
Suscitat de puluere egenum, & de stercore eri-
git pauperem.

Vt sedeat cū principibus, & solū regni teneat.
Domini enim sunt cardines terrę, & posuit su-
per eos orbem.

Pedes sanctorū tuorū seruabit, & ipij in tenebris
cōticescēt, q̄a nō in fortitudie sua roborabit ut
Dominum formidabūt aduersarij eius, & super
iplos in cœlis tonabis.

Dñs iudicabit fines terrę, & dabit imperiū regū
suo, & sublimabit cornu Christi sui.

¶ Canticū Esaię. Esa. X. 11.

Et dices in die illa.

Confitebor tibi Dñe qm̄ iratus es mihi,
cōuersus est furor tu^s & cōsolat^r es me.
Ecce Deus saluator meus, fiducialiter a-
gā & nō timebō. O 4 Quia

CANTICA.

Quia fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, & dicitis in illa die, Confitemini Domino & innocate nomen eius.

Notas facite in populis adinventiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate Domino quoniam magnifice fecit; annunciate hoc in uniuersa terra.

Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

¶ Canticū Ezechie. Esa. XXXVIII.

Scriptura Ezechie regis Iuda, postquam egrotasset & conualuisset de infirmitate sua.

Ego dixi in dimidio dierum meorum, uadā ad portas inferi.

Quæliui residuum annorum meorum.

Dixi, nō uidebo Dñm Deū in terra uiuentiū.

Nō aspiciā hominē ultra, & habitatorē quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernacula pastorum.

Precisa est uelut a texete uita mea, dū adhuc ordierer succidit me, de mane usq; ad uesperā finies

Sperabā usq; ad mane, quasi leo sic (me) contriuit omnia ossa mea.

De mane usq; ad uesperā finies me, sicut pullus hi rēdiuis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati

Attenuati sunt oculi mei, suspiciētes in excelsis
 Dñe uim patior, spōde pro me, quid dicā aut qđ
 respondebit mihi, cum ipse fecerit ?

Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritu-
 dine animę meę .

Domine si sic uiuitur , & in talibus uita spiritus
 mei, corripies me, & uiuificabis me, ecce in pa-
 ce amaritudo mea amarissima .

Tu aut̄ eruisi animā meā ut nō periret, proie-
 cisti post tergum tuū omnia peccata mea .

Quia non infernus confitebitur tibi, neq; mors
 laudabit te, non expectabunt qui descendunt
 in lacum ueritatem tuam .

Uiues uiues ipse cōfitebitur tibi, sicut & ego ho-
 die, pater filijs notā faciet ueritatem tuam .

Domine saluū me fac, & psalmos nostros canta-
 bimus cōctis diebus uite nōstre in domo Dñi.

¶ Cantieū Abacuk. Abacuc. III.

Oratio Abacuk prophetę pro ignorātijs .

Domine audiui auditionē tuā, & timui .
 Dñe op⁹ tuū, in medio annorū uiuifica m̄
 In medio annoꝝ notum facies, (Iud.
 cum iratus fueris, misericordię recordaberis.
 De⁹ ab austro ueniet, & sanct⁹ de mōte Pharan .
 Operuit coelos gloria eius, & laudis eius plena
 est terra .

Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus
 eius .

O 5 lbi

CANTICA.

Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes eius, stetit & mensus est terram. (seculi.

Aspexit & dissoluit gētes, & cōstriti sunt montes

Incuruati sunt colles mūdi, ab itinerib⁹ eterna

Pro inigtate uidi tētorā Aethio- (tis eius.

piz, turbabuntur pelles terræ Madian.

Nunquid in fluminib⁹ irat⁹ es Dñe, aut in fluminib⁹ furor tuus, uel in mari indignatio tua ?

Qui ascēdes sup equos tuos, & q̄drige tuę salua-

Suscitās suscitabis arcū tuum, iuramēta (tio.

tribub⁹ quę locutus es.

Fluuios scindes terræ, uiderunt te & doluerunt

montes, gurges aquarum transiit.

Dedit abiss⁹ uocē suā, altitudo man⁹ suas lenauit.

Sol & luna steterūt ī habitaculo suo, in luce s̄gitt

tarū tuarū; ibūt, in splēdore fulgurātis hastę tuę.

In fremitu conculeabis terram, & in furore ob-

stupefacies gentes.

Egressus es in salutem populī tui, in salutem cū

Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij, denudasti funda-

menta eius usq; ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorū eius,

uenientib⁹ ut turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorū, sicut ei⁹ qui deuorat paupem in

abscondite. Viam

Via fecisti in mari equis tuis, in luto aquarū mul
 Audiui & cōturbatus est uenter meus, (tarum.
 a uoce contremuerunt labia mea .

Ingrediat putredo in ossib⁹ meis, & sub^t me sca-
 Vi requiescā in die tribulatiōis, & ascen (cat.
 dam ad populum accinctum nostrum .

Ficus em̄ nō florebit, & nō erit germen in uineis
 Menties opus oliuæ, & arua nō afferēt cibum .

Abscindetur de ouili pecus, & non erit armen-
 tum in præsepibus .

Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in
 Deo lesu meo .

Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes
 meos quasi ceruorum .

Et super excelsa mea deducet me ulstor, in psal-
 mis canentem .

¶ Canticum trium puerorum . Daniel . III .

Tūc hi tres quasi uno ore laudabāt & glorifica-
 bāt & benedicebāt Deū, in fornace dicentes .

Benedicite omnia opera Dñi Dño, laudate
 & superexaltate eum in secula .

Bñdicite āgeli dñi dño, bñdicite cœli dño,
 Benedicite aque oēs que super cœlos sunt Dño,
 benedicite omnes uirtutes Dñi Dño .

Benedicite Sol & Luna Dño, benedicite stellæ
 cœli Domino .

Benedici

CANTICA.

Benedicite omnis imber & ros Domino, benedicite
omnis spiritus Dei Domino.
Benedicite ignis & æstus Domino, benedicite
frigus & æstas Domino.
Benedicite rores & pruina Domino, benedicite
gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & niues Domino, benedicite
noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebræ Domino, benedicite
fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum, laudet & superexal-
tet eum in secula.
Benedicite montes & colles Dño, benedicite
uniuersa germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino, benedicite maria &
flumina Domino.
Benedicite cete & omnia quæ mouentur in a-
quis Dño, bñdicite oēs uolucres cœli Dño.
Benedicite omnes bestię & pecora Domino, be-
nedicite filij hominum Domino.
Benedicat Israel Dominum, laudet & superexal-
tet eum in secula
Benedicite sacerdotes Domini Domino, benedi-
cite serui Domini Domino.
Benedicite spiritus & animæ iustorū Dño, benedi-
cite sancti & humiles corde Domino.
Bñdicite Anania, Azaria, Misahel Dño, laudate
& superexaltate eū in secula. Benedi-

Benedicam⁹ patrem & filiū cū sancto sp̄ritu, lau-
demus & superexaltemus eum in secula .

Benedictus es Dñe in firmamēto cœli, laudabilis
& gloriosus & superexaltatus in secula .

¶ Canticū Mariæ uirginis. Luc. l. & ait Maria .

Magnificat anima mea Dominum .
Et exultauit spiritus meus, in Deo salu-
tari meo .

Quia respexit humilitatē ancillæ suę, ecce em̄ ex
hoc beatā me dicēt oēs generationes .

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū
nomen eius ,

Et misericordia etus a progenie in progenies, ti-
mentibus eum .

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit super-
bos mente cordis sui .

Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles .
Esuriētēs impleuit bonis, & diuites dimisit inanes .

Suscepit Israel puerū suū, recordatus misericor-
dię suę .

Sicut locutus est ad patres nostros (dię suę .
Abraham & semini eius in secula .

Gloria patri & filio & spiritui sancto .
Sicut erat in principio & nunc & semper, & in
secula seculorum Amen .

¶ Canticum Zacharię. Lucę I .

Et Zacharias pater Ioānis replet⁹ est spiritu san-
cto, & prophetauit dicēs ,

Bene-

CANTICA.

Benedictus Dñs Deus Israel, quia uisitauit,
& fecit redemptionē plebis suæ.
Et erexit cornu salutis nobis, in dōmo Da
Sicut locutus est p̄ os sanctoꝝ, (uid pueri sui,
quia seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium
qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiā cū patribus nostris,
& memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem
nostrum daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimicorum nostroꝝ
liberati seruiamus illi.
In sanctitate & iusticia coram ipso, omnibus die
bus nostris.
Et tu puer Propheta altissimi uocaberis, p̄xibis
enim ante faciem Dñi parare uias eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remis
sionem peccatorum eorum.
Per uiscera misericordiæ Dei nostri in quibus ui
sitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his q̄ in tenebris & in umbra mortis
sedēt, ad dirigēdos pedes nostros in uia pacis.
Gloria patri & filio, & spiritui sancto.
Sicut erat in principio & nunc &c.
¶ Canticū Simeonis. Lucæ II.
Simeon accepit puerum Iesum in ulnas suas, &
benedixit Deum & dixit. Nunc

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secun-
dum uerbum tuum in pace.

Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.

Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam
plebis tuæ Israel.

Gloria patri & filio, & ſpiritu ſancto.

Sicut erat in principio & nunc.

¶ Canticum ſanctorum Ambroſij & Auguſtini.

Tibi Deum laudamus, te Dñm conſitemur.

Te æternum patrem omnis terra ueneratur.

Tibi omnes angeli, tibi cœli & uniuersæ
potestates.

Tibi Cherubi et Seraphi, ineffabili uoce proclamant

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus ſabbaoth.

Pleni ſunt cœli & terra, maiestatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum ſancta conſitetur eccleſia.

Patrem immenſæ maiestatis.

Venerandum tuum uerum, & unicum filium.

Sanctum quoque paraclitum ſpiritum.

Tu rex gloriæ Chriſte.

Tu patris ſempiternus es filius:

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruisti

Tu deuſto mortis aculeo (uirginis uterum).

apuiſti credentibus regna cœlorum.

CANTICA.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria patris,
Iudex crederis esse uenturus.

Te ergo quesumus famulis tuis subueni, quos
precioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis gloria numerari.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic
hereditati tuae.

Et rege eos, & extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in seculum, & in secu
lum seculi.

Dignare Domine dic isto, sine peccato nos custodire
Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quem
admodum sperauimus in te.

In te Domine speraui, non confundar in aeternum.

¶ Symbolum Athanasij Episcopi.

Quicumque uult saluus esse, ante omnia opus
est ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamque ser
uauerit, absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem Catholica haec est, ut unum Deum in trini
tate, & trinitatem in unitate ueneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam
separantes.

Alia est enim persona patris, alia filij, alia spiri
tus sancti.

Sed

Sed patris & filij & spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis pater talis filius, talis spiritus sanctus.

Increatus pater, increatus filius, increatus, spiritus sanctus.

Immensus pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus.

Æternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus & unus immensus.

Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus.

Et tamen non tres dii, sed unus est Deus.

Ita Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

Quia sicut sigillatim unamquamque personam Deum aut Dominum confiteri, Christiana ueritate compellimur.

Ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius a patre solo est, non factus nec creatus sed genitus.

P

Spi

CANTICA.

Spiritus sanctus a patre & filio, non factus, nec
creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo pater, nō tres patres. un⁹ filii nō tres
filii, un⁹ spiritus sanct⁹, nō tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil pri⁹ aut posterius, nihil
maius aut minus.

Sed totæ tres personæ, coæternæ sibi sunt & co
æquales.

Ita ut p omnia, sicut iā supradictū est, & trinitas
in unitate, & unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo salu⁹ esse, ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incar
nationem quoq; Domini nostri Iesu Christi
fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus & cōfiteamur,
quia Domin⁹ noster Iesus Christus Dei filius
Deus & homo est.

Deus est ex substātia patris ante secula genitus,
& homo ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima ratio
nali & humana carne subsistens.

Aequalis patri secundum diuinitatem, minor pa
tre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, nō duo tan. ē sed u
nus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in car
nem, sed assumptione humanitatis in Deum.

1. Vnus

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Inde venturus est iudicare uiuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis.

Et redditori sunt, de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, qui uero mala in ignem æternum.

Hęc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse non poterit.

¶ Psalmus inuitans nos ad laudandū Deū, ne cōtempo eius uerbo, pereamus nostra infidelitate, ut olim Iudæi in deserto. Secundum aliam translationem, quam solitus est cantari in ecclesijs.

Venite exultemus Dño, iubilemus Deo salutare nostro, pœcupemus faciē ei⁹ in confessione, & in psalmis iubilemus ei.
Quoniā Deus magnus Dominus & rex magnus

P 2 super

CANTICA.

Super omnes Deos, quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipse est mare & ipse facit illud, & aridam fundauerunt manus eius, uenite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius & oves pascuæ eius.

Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundū diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper, hi errant corde, ipsi uero non cognouerunt uias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

In Adventu Domini hymnus: Carmen Iam-
bicum dimetrum. Auctor eius S. Ambrosius.

Veni redemptor gentium,
Ostende partū virginis.
Miretur omne seculum,
Talis decet partus Deū.

Non ex uterili semine,
Sed mystico spiramine,
Verbum Dei factum est caro,
Fructusque ventris floruit.

Aluus tumescit virginis,
Claustra pudoris permanent
Vexilla uirtutum micant.
Versatur in templo Deus.

Procedens de thalamo suo,
Pudoris aula regia.
Geminæ gigas substantiæ,
Alacris ut currat uiam.

Egressus eius a patre,
Regressus eius ad patrem.
Excursus usque ad inferos,
Rekursus ad sedem Dei.

Aequalis æterno patri
Carnis trophæo accingere)
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

P 3

Prc

H Y M N I

Præſepe iam fulget tuum,
Lumenq; nox ſpirat nouum.
Quod nulla nox interpolet
Fideq; iugi luceat.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de uirgine.
Cum patre & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ **A**lius hymnus ad Nocturnum. Carmen lam-
bicum dimetrum archilochicum.

Verbum ſupernum prodiens
A patre olim exiens.
Qui natus orbi ſubuenis,
Curu decliui temporis.

Illumina nunc peſtora,
Tuocq; amore concrema.
Audito ut præconia,
Sint pulſa tandem lubrica.

Iudexq; cum poſt aderis,
Rimari facta peſtoris.
Reddens uicem pro abditis,
Iuſtiſq; regnum pro bonis.

Non Demum ardemur malis
Pro qualitate criminis.
Sed cum beatis compotes
Simus perennes cælibes.

¶ **A**d laudes. *lambicum dimetrum.*
Vox

VOx clara ecce intonat,
Obscura quoq; increpat.
Pellantur eminus somnia,
Ab æthere Christus promicat.

Mens iam resurgat torpida,
Quæ sorde extat faucia.
Sidus refulget iam nouum,
Vt tollat omne noxium.

E sursum agnus mittitur,
Laxare gratis debitum.
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lachrymis.

Secundo ut cum fulserit,
Mundumq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed plus nos tunc protegat.

¶ Ad uesperas hymnus. Carmē Iambicū archi-
lochicum. Ambrosius autor.

Conditor alme siderum
Aeterna lux credentium,
Christe redemptor omnium
Exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu
Mortis perire seculum,
Saluasti mundum languidum,
Donans reis remedium.

Vergente mundi uespere,

P 4

VH

H Y M N I.

Vti sponſus de thalamo
 Egreſſus honeſtiſſima
 Virginis matris clauſula.
 Cuius forti potentia
 Genu curuantur omnia,
 Coeleſtia, terreſtria,
 Faſentur nutu ſubdita:
 Occaſum ſol cuſtodiens,
 Luna pallorem retinens,
 Candor in aſtris relucens
 Certos obſeruat limites.

Te deprecamur hacie
 Venture iudex ſeculi,
 Conſerua nos in tempore
 Hoſtis a telo perfidi.

Laus, honor, uirtus, gloria
 Deo patri cum filio,
 Sancto ſimul paraclito
 In ſempiterna ſecula. Amen.

In natiuitate Domini hymnus. Carmen Iam-
 bicum archiloichicum. Autor Sedulius.

A Solis ortus cardine,
 Ad uſq; terræ limitem,
 Chriſtum canamus principem
 Natum Maria uirgine.

Beatus autor ſeculi
 Seruile corpus induit.

Vt

Vt carne carnem liberans,
Nec perderet quos condidit.

Castæ parentis uiscera
Cœlestis intrat gratia.
Venter puellæ baiulat
Secreta, quæ non nouerat.

Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei.
Intacta nesciens uirum,
Verbo concepit filium.

Enixa est puerpera,
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris aluo gestiens.
Clausus Ioannes senferat.

Fœno iacere pertulit.
Præsepe non abhorruit,
Paruoq; lacte passus est,
Per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus cœlestium.
Et angeli canunt Deo.
Palamq; fit pastoribus
Pastor, creator omnium.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de uirgine.
Cum patre & sancto spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

P 5

Alius

H Y M N I.

¶ **A**lius. Carmen Trochaicum Alemanio & Enri-
pidio alternatim currens. Autor Prudentius.

COrde natus ex parentis,
Ante mundi exordium.
Alpha & o cognominatus,
Ipse fons & clausula
Omnium quæ sunt, fuerunt,
Quæq; post futura sunt
Seculorum seculis.

O beatus partus ille.
Virgo cum puerpera
Aedidit nostram salutem,
Foeta sancto spiritu.
Et puer redemptor orbis
Os sacratum protulit,
Seculorum seculis.

Pfallit altitudo coeli,
Pfallant omnes angeli.
Quicquid est uirtus usquam
Pfallat in laudem Dei.
Nulla linguarum filescat,
Vox & omnis consonet
Seculorum seculis.

Ecce quem uates uetustis
Conciuebant seculis
Quem prophetarum fideles
Paginæ sponderant,

Emicat

Emicat promissus olim,
Cuncta collaudent eum,
Seculorum seculis.

Te senes & te iuuentus,
Paruulorum te chorus,
Turba matrum uirginumq;
Simplices puellulae,
Voce concordēs pudicis
Perstrepant concentibus,
Seculorum seculis.

Tibi Christe sit cum patre
Hagioq; pneumati
Hymnus, melos, laus perennis,
Gratiarum actio,
Honor, uirtus, uictoria,
Regnum æternaliter.
Seculorum seculis. Amen.

In Epiphania Domini hymnus. Iambicus
archilochicus. Sedulius autor.

Herodes hostis impie,
Christum uenire quid times?
Non arripit mortalia,
Qui regna dat coelestia,
Ibant Magi quam uiderant
Stellam sequentes præuiam.
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

Lauacra

H Y M N I,

Lanacra puri gurgitis
 Cœlestis agnus attingit.
 Peccata quæ non detulit,
 Nos abluendo sustulit.

Nouum genus potentiaë,
 Aquæ rubescunt hydræ,
 Vinumq; iussa fundere
 Mutauit unda originem :

Gloria tibi Domine,
 Qui apparuisti hodie,
 Cum patre & sancto spiritu,
 In sempiterna secula. Amen.

¶ Dominica Septuagesimæ hymnus.

Dies absoluti prætereunt,
 Dies obseruabiles redeunt,
 Tempus adest sobrium,
 Quæramus puro corde Dominum.

Hymnis & in confessionibus

Iudex complacabitur Dominus,
 Non negat hic ueniam,
 Qui uult ut homo quærat gratiam.
 Post iugum seruile Pharaonis,
 Post cathenas diræ Babylonis,
 Liber homo patriam
 Quærat cœlestem Hierosolyman.

Fugiamus de hoc exilio,
 Habitemus cum Dei filio.

Hoc

H Y M N I.

119

Hoc decus est famuli,
Si sit cohæres sui Domini.

Sis Christe nobis dux huius vitæ,
Memento qd sumus omnes tuæ:
Pro quibus ipse team
Pastor ponebas morte animam.

Gloria sit patri & filio,
Sancto simul honor paraclito.
Sicut erat pariter
In principio & nunc & semper. Amen.

¶ Dominica prima in quadragesima. Carmen
Iambicum archilochicum.

EX more docti mystico,
Seruemus hoc ieiunium.
Deno dierum circulo
Ducto quater notissimo.

Lex & propheta primitus
Hoc protulerunt, postmodum
Christus sacrauit, omnium
Rex atq; factor temporum.

Vitamur ergo parcius
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, ut arctius
Perstemus in custodia.

Vitemus autem pessima
Quæ subruunt mentes uagas,
Nullumq; demus callido

Hosti-

H Y M N I.

Hosti locum tyrannidis,
 Dicamus omnes cernui,
 Clamemus atq; singuli
 Ploremus ante iudicem,
 Flectamus iram uindictam.
 Nostris malis offendimus
 Tuam Deus clementiam.
 Effunde nobis desuper
 Remissor indulgentiam.
 Memento quod sumus tui,
 Licet caduci plasmatas.
 Ne des honorem nominis
 Tui (precamus) alteri.

Laxa malum quod gessimus,
 Auge bonum quod poscimus,
 Placere quo tandem tibi
 Possimus hinc & perpetim. Amen.

¶ Dominica Quadrag. Carmē Iambicū dime-
 (trum).

A Vdi benigne conditor
 Nostras preces cum fletibus,
 In hoc sacro ieiunio
 Fufas quadragenario,

Scrutator alme cordium,
 Infirma tu scis uirium,
 Ad te reuerfis exhibe
 Remiffionis gratiam.

Multum quidem peccauimus,
 Pœnascy

Pœnasq; comparauimus.
Sed cuncta qui solus potes
Confer medelam languidis,

Sic corpus extra conterī
Dona per abstinentiam,
Ieiunet ut mens sobria
A labe prorsus criminum,

Presta beata trinitas,
Concede simplex unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Ieiuniorum munera. Amen.

¶ Hymnus quadragesimalis. Carmen Iambicū
(dimetrū.)

Christe qui lux es & dies
Noctis tenebras detegis.
Lucisq; lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

Precamur sancte Domine,
Defende nos in hac nocte.
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

Ne grauis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat.
Nec caro illi consentiens,
Nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper uigilet.
Dextera tua protegat

Famulos

H Y M N I s

Famulos qui te diligunt.
 Defensor noſter aſpice,
 Inſidiantes reprime.
 Guberna tuos famulos,
 Quos ſanguine mercatus es,
 Memento noſtri Domine,
 In graui iſto corpore,
 Qui es defenſor animæ,
 Adetto nobis Domine. Amen.

¶ Alius. Iambicum ut præcedens.

CLarum decus ieiunij
 Monſtratur orbi cœlitus,
 Quod Chriſtus autor omnium
 Cibis dicauit abſtinens.

Hoc Moyses charus Deo,
 Legisq; lator factus est.
 Hoc Heliam per æera
 Curru leuauit igneo.

Hinc Daniel myſteria
 Victor leonum uiderat,
 Per hoc amicus intimus
 Sponſi, Ioannes claruit.

Hæc nos ſequi dona Deus
 Exempla parſimonix.
 Tu robur auge mentium,
 Dans ſpiritale gaudium. Amen.

¶ Alius

I Alius. Iambicum Archilochicū dimetrum.

Esu quadragenariæ
Dicator abstinentiæ,
Qui ob salutem mentium
Hoc sanxeras ieiunium.

Quo paradiso redderes
Seruata parsimonia,
Quos inde gastrimargiæ
Huc illecebra depulit.

Adesto nunc ecclesiæ,
Adesto poenitentiz,
Qua pro suis excessibus
Orat profusis precibus.

Tu retroacta crimina
Tua remitte gratia,
Et a futuris adhibe
Custodiam mitissime.

Vt expiati annuis
Ieiuniorum uictimis,
Tendamus ad paschalia
Digne colenda gaudia. Amen.

¶ Dominica in passione. Iambicum ut præ-
cedens. Fortunatus Ep̄s autor.

V Exilla regis prodeunt:
Fulget crucis mysterium.
Quo carne carnis conditor
Suspendus est patibulo.

Q Que

H Y M N I

Ego unlnetatus insuper
 Mucrone diro lanceæ,
 Ut nos lauret crimine
 Manavit unda sanguine.
Impleta sunt quæ cecinit
 David fidelis carmine.
 Dicendo in nationibus
 Regnavit a ligno Deus.
Arbor decora & fulgida
 Ornata regis purpura,
 Electa, digna stipite;
 Tam sancta membra tangere.
Beata cuius brachijs
 Secli pependit precium,
 Statera facta est corporis,
 Prædamq; tulit tartaris.
Ocruz aue spes unica,
 Hoc passionis tempore.
 Auge pijs iusticiam,
 Reistq; dona ueniam.
Te summa Deus trinitas
 Collaudat omnis spiritus,
 Quos per crucis mysterium
 Saluas, rege per secula . Amen.

Dominica palmarum hymnus. Carmen Ele-
 giacum Theodulphi epi Aurelian.
 Gloria

Gloria, laus & honor, tibi sit rex Christus
redemptor,

Cui pueri dec^o prompsit osanna pi^a.

Isaël tu rex, Davidisq; & inclyta proles

Nomine qui in Domini rex benedictæ uenis.

Cœtus in excellis te laudat cœlicus omnis,

Et mortalis homo, & cuncta creata simul.

Plebs hebræa tibi cum palmis obuia uenit,

Cum prece, uoto, hymnis, assumus ecce tibi.

Hi tibi passuro soluebant munita laudis,

Nos tibi regnanti, pangimus ecce melos,

Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra,

Rex pie, rex clemēs, cui bona cūcta placēt. Amē

De passionē Dñi carmē Trochaicū, alcamio
& euripidio alternatim currēs. Fortunati epi.

Pange lingua gloriosi

Prælium certaminis,

Et super crucis trophæo

Dic triumphum nobilem,

Qualiter redemptor orbis

Imolatus uicerit.

De parentis protoplasti.

Fraude facta condolens,

Quando pomi noxialis

Morsu, in mortem corruit,

Ipse lignum tunc notauit,

Damna ligni ut solueret.

Q 2

Hos

Carmen
uicini.
Gloria

H Y M N I;

Hoc opus nostræ salutis
 Ordo depoposcerat,
 Multiformis proditoris
 Ars ut artem falleret.
 Et medelam ferret inde,
 Hostis unde leserat.
 Quando uenit ergo sacri
 Plenitudo temporis:
 Missus est ab arce patris
 Natus orbi conditor.
 Atq; uentre uirginali
 Caro factus prodijt.
 Vagit infans inter arcta
 Conditus præsepia.
 Membra pannis inuoluta
 Virgo mater alligat:
 Et pedes, manusq; crura
 Stricta cingit fascia.
 Lustra sex qui iam peracta
 Tempus implens corporis,
 Se uolente natus ad hoc
 Passioni deditus:
 Agnus in cruce leuatur
 Immolandus stipite.
 Hic acetum, sel, arundo,
 Sputa, clauis, lancea
 Mite corpus perforatur:

Sanguis

Sanguis unda profluit.
 Terra, pontus, astra, mundus
 Quo lauantur flumine.
 Crux fidelis inter omnes
 Arbor una nobilis.
 Nulla sylua talem profert
 Frondē, flore, germine.
 Dulce lignum, dulces clauos,
 Dulce pondus sustinēs.
 Flecte ramos arbor alta,
 Tensa laxa uiscera,
 Et rigor mitescat ille;
 Quem dedit natiuitas.
 Et superni membra regis,
 Miti tendat stipite.
 Sola digna tu fuisti,
 Ferre seculi precium,
 Atq; portum præparare,
 Nauta mundo naufrago.
 Quem sacer cruor perunxit
 Fufus agni corpore.
 Gloria æterno patri,
 Pro salute posito,
 Gloria unico eius.
 Qui creauit omnia.
 Spiritui quoq; sancto,
 In sempiterna secula. Amen.

Q 3 Ia

H Y M N I.

In coena Domini hymnus.
Ode Iambica trimetra.

Rex Christe factor omnium
Redemptor & credentium,
Placare uotis supplicum
Te laudibus coequentium.

Cuius benigna gratia,
Crucis per alma uulnera,
Virtute soluit ardua
Primi parentis uincula.

Qui es creator siderum,
Tegmen subisti carneum,
Dignatus hanc uilissimam
Parti doloris formulam.

Ligatus es, ut solueres
Mundi ruentis complices.
Per probra tergens crimina
Quae mundus auxit plurima.

Cruci redemptor figeris,
Terram sed omnem concutis.
Tradis potentem spiritum,
Nigrescit atq; seculum.

Mox in paternae gloriae
Victor resplendens culmine.
Cum spiritus munimine,
Defende nos rex optime. Amen.

Ad

Ad accensionem Cerei paschalis. Carmen
Asclepiadeum Prudentij.

Inuentor rutili dux bone luminis.
Qui certis uicibus tempora diuidis.
Merito sole, Chaos ingruit horridū,
Lumen redde tuis Christe fidelibus.
Quamuis innumero sydere regtam
Lunariq; polum lampade pinxeris,
Ineussa silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine quærerere.
Ne nesciret homo spem sibi luminis,
In Christi solido corpore conditam.
Qui dicit stabilem se uoluit petram,
Nostris igniculis unde genus uenit.
Pinguis quos olei rore madentibus,
Lychnis, ac facibus pascimus aridis.
Quin & hila fauis scirpea floreis
Presso melle, prius collita singimus.
Viuax flamma uiget ceu caua testula,
Succum linteolo suggerit ebrío,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem stupa calens bibit.
Splendent ergo tuis muneribus pater
Flammis mobilibus scilicet atria.
Absentemq; diem lux agit æmula,
Quam nox cum lacero uista fugit pecto.
O res digna Deus quam tibi rosdax

Q 4

Nofis

H Y M N I

Nō is principio grex tuus offerat
 Lucem, quam tribuis, nil preciosius,
 Lucem, qua reliqua præmia cernimus.
 Tu lux uera oculis, lux quoq; sensibus,
 Intus tu speculum, tu speculum foris,
 Lumen quod famulans offero suscipe,
 Tinctum pacifici chrismat's unguine.
 Per Christum genitum summe pater tuum,
 In quo uisibilis stat tibi gloria,
 Qui noster Dominus, qui tuus unicus
 Spirat de patrio corde paracletum.
 Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
 Maestas, bonitas & pietas tua,
 Regnum continuat numine triplici.
 Texens perpetuis secula seculis. Amen.
 ¶ In solennitate Paschali. Elegi
 acum Lactantij.

S Alue festa dies, toto uenerabilis æuo.
 Qua Deus infernum uicit, & astra tenet.
 Ecce renascentis testatur gratia mundi,
 Omnia cum Domino dona redisse suo.
 Namq; triumphanti post tristia tartara Christo,
 Vndiq; frõde nemus, gramina flore fauent.
 Legibus inferni oppressis, super astra meantem.
 Laudant rite Deum: lux, solus, arua, fretum.
 Qui crucifixus erat Deus, ecce per oia regnat.
 Dantq; creatori causa creata precem.
 Alius

¶ Alius hymnus. Iambicus dimeter.
Chorus nouæ Hierusalem
 Noua meli dulcedine
 Promat, colens cum sobrijs
 Paschale festam gaudijs.

Quo Christus inuictus leo
 Dracone surgens obruto.
 Dum uoce uiua personat,
 A morte sanctos excitat.

Quam deuorat improbus
 Prædam refudit tartarus,
 Captiuitate libera.

Iesum sequuntur agmina,
 Triumphat ille splendide,
 Et dignus amplitudine.

Soli, poliꝫ patriam
 Vnam facit rempublicam]

Ipsum canendo supplices
 Regem precemur milites,
 Vt in suo clarissimo
 Nos reddat palatio.

Per secla mete nescia
 Patri supremo gloria,
 Honorq; sit cum filio,
 Et spiritu paracrito. Amen.

¶ Alius. Carmen Iambicum anmetrꝫ.
Ad eccenam agni prouidi.

Q r

Et

HYMNI,

Et stolis albis candidi,
 Post transitum maris rubri,
 Christo canamus principi.
 Cuius corpus sanctissimum
 In ara crucis torridum,
 Cruore eius roseo
 Gustando uiuimus Deo.
 Protecti Paschæ uesperæ
 A deuastante angelo,
 Erepti de durissimo
 Pharaonis imperio.
Iam pascha nostrum Christus est,
 Qui immolatus agnus est
 Synce ritatis azyrna.
 Caro eius oblata est.
O uere digna hostia,
 Per quam fracta sunt tartara.
 Redempta plebs captiuata,
 Redit ad uitæ præmia.
Cum surgit Christus tumulo
 Victor redit de baratro:
 Tyrannum trudens uinculo,
 Et referans paradysum.
Quæsumus auctor omnium
 In hoc paschali gaudio,
 Ab omni mortis impetu
 Tuum defende populum; Amen.

Alics

¶ Alius hymnus tempore Paschali.

Iesu redemptor seculi,
Verbum patris altissimi,
Lux lucis inuisibilis,
Custos tuorum perugil:

Tu fabricator omnium,
Discretor atq; temporum.
Labore fessa corpora
Noctis quiete recrea.

Te deprecamur supplices,
Vt nos ab hoste liberes.
Ne valeat seducere

Tuo redemptos sanguine.
Vt dum graui hoc in corpore
Breui manemus tempore,
Sic caro nostra dormiat,
Vt mens soporem nesciat. Amen.

¶ Alius, carmine Sapphico Adonico.
Vita sanctorum, decus angelorum,
Vita cunctorum pariter piorum
Christe qui mortis moriens ministras
Exuperasti.

Tu tuo lætos famulos trophæo,
Nunc in his serua placidis diebus
In quibus sanctum celebratur omnem
Pascha per orbem.

Pascha quo uictor rediens ab imo,

Atq;

H Y M N U S.

Atq̄ cum multis alijs resurgens,
Ipse susceptam super alta carnem
Astra leuasti.

Nunc in excelsis Dominus resurgens,
Et supra cœlos Deus eleuatus,
Inde uenturus homo iudicatus
Denuo iudex.

Corda tu sursum modo nostra tolle,
Quo patri dexter resides in alto.
Ne resurgentes facias in ima
Præcipitari.

Hoc pater tecum, hoc idem sacratus
Præstet amborum pie Christe status:
Cum quibus regnas Deus unus omni
lugiter æuō. Amen.

¶ In ascensione Domini Hymnus. Carmen
ex Aſclepiæ deo & Gliconico.

Festum nunc celebre, magnaq̄ gaudia,
Compellunt animos carmina promere,
Cum Christus solium scandit ad arduū,
Cœlorum pius arbiter.

Conscendit iubilans lætus ad æthera,
Sanctorum populus prædicat inclytum.
Concinit pariter angelicus chorus
Victoris boni gloriam.

Qui scandens superos uincula uinxerat,
Donans terrigenis munera plurima,

Diſtinctus

HYMNI

127

Districtus rediet arbiter omnium,
 Qui mitis modo transiit.
 Oramus Domine conditor inclyte,
 Deutos famulos respice, protege,
 Ne nos liuor edax dæmonis obruat,
 Demergat uel in inferos.
 Vt cum flammiuoma nube reuerteris,
 Occulta hominum pandere, iudicans:
 Ne des supplicia horrida noxijs,
 Sed iustis bona præmia.
 Præsta hoc genitor optime, maxime,
 Et tu nate Dei, & bone spiritus:
 Regnans perpetuo fulgida trinitas,
 Per cuncta pie secula. Amen.

¶ Alius: Iambicum ametrum:

Iesu nostra redemptio,
 Amor & desiderium,
 Deus creator omnium,
 Homo in fine temporum.
 Quæ te uicis clementia?
 Vt ferres nostra crimina.
 Crudelem mortem patiens,
 Vt nos a morte tolleres.
 Inferni claustra penetrans,
 Tuos captiuos redimens,
 Victor triumpho nobili,
 Ad dextram patris residens,

Ipsa

H Y M N I.

Ipsa te cogat pietas
 Ut mala nostra superes
 Parcendo, & uoti compotes
 Nos tuo multo faties.
Tu esto nostrum gaudium,
 Qui es futurus præmium,
 Sit nostra in te gloria
 Per cuncta semper secula. Amen.
 ¶ In die Pentecostes, Iambicum trimetrum.

Veni creator spiritus,
 Mentis tuorum uisita,
 Imple superna gratia,
 Quæ tu creasti pectora.

Qui paraclitus diceris,
 Donum Dei altissimi,
 Fons uiuus, ignis, charitas,
 Et spiritalis unctio
Tu septiformis munere
 Dextre Dei tu digitus,
 Tu rite promissum patris,
 Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
 Infunde amorem cordibus;
 Infirma nostri corporis
 Virtute firmans perperi.
Hostem repellas longius,
 Pacemq; dones protinus.

Ductore

Ductore sic te præuio,
 Vitemus omne noxium.
 Per te sciamus da patrem
 Noscamus atq; filium:
 Te utriusq; spiritum
 Credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio,
 Sancto simul paraclito:
 Nobisq; mittat filius
 Charisma sancti spiritus. Amen

¶ De sancta Trinitate. Iambicū archilochicum.

O Lux beata trinitas,
 Et principalis unitas.
 Iam sol recedit igneus,
 Infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine
 Te deprecemur uespere,
 Te nostra supplex gloria
 Per cuncta laudet secula. Amen.

¶ In festo corporis Christi Carmen
 diui Thomæ Aquinatis.

P Ange lingua gloriosi
 Corporis mysterium,
 Sanguinisq; preciosi,
 Quem in mundi precium
 Fructus uentris generosi,
 Rex effudit gentium.

Nobis

H Y M N I.

Nobis natus, nobis datus,
 Ex intacta uirgine.
 Et in mundo conuersatus
 Sparso uerbi semine.
 Sui moras incolatus,
 Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœnæ
 Recumbens cum fratribus,
 Obseruata lege plene
 Cibis in legalibus,
 Cibum turbæ duodenæ
 Se dat suis manibus,
Verbum caro panem uerum
 Verbo carnem efficit,
 Fitq; sanguis Christi meram,
 Et si sensus deficit,
 Ad firmandum cor syncerum
 Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
 Veneremur ceruui,
 Et antiquum documentum
 Nouo cedat ritui.
 Præstet fides supplementum
 Sensum defecui.
Genitori, genitoq;
 Laus & iubilatio,
 Salus, honor, uirtus quoq;

Sit

Sit & benedictio .

Procedenti ab utroq;

Compar sit laudatio. Amen.

¶ De martyribus. Carmē Iambicū archilochicū.

R Ex gloriose martyrum,
Corona confidentium,
Qui respuentes terra,
Perducis ad cœlestia,

Aurem benignam protinus

Appone nostris uocibus ,

Trophæa sacra pangimus,

Ignosce quod deliquimus;

Tu uincis in martyribus ,

Parcendo confessoribus.

Tu uince nostra crimina,

Donando indulgentiam. Amen.

¶ De uirginibus. Carmen Iambicum dimetrū.

I Esu corona uirginum,

Quem mater illa concipit

Quæ sola uirgo parturit,

Hæc uota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia,

Septus choreis uirginum,

Sponsas decorans gloria,

Sponsisq; reddens præmia,

Quocunq; pergis, uirgines

Sequuntur, atq; laudibus

R

Post

H Y M N I.

Post te canentes cursitant,
 Hymnosq; dulces personant.
 Te deprecamur largius,
 Nostris adauge sensibus,
 Nescire prorsus omnia
 Corruptionis uulnera. Amen.

¶ Hymnus Nocturnus. Iambicum dime-
 trum, S. Ambrosij.

Somno refectis artubus,
 Spreto cubili surgimus,
 Nobis pater canentibus
 Adesse te deprecimus.

Te lingua primum concinat,
 Te mentis ardor ambiat
 Ut actuum sequentium
 Tu sancte sis exordium.

Cedant tenebræ luminī,
 Et nox diurno sideri,
 Ut culpa quam nox intulit
 Lucis labascat munere.

Precamur idem supplices,
 Noxas ut omnes amputes.
 Et ore te canentium
 Lauderis in perpetuum.

¶ Hymn' ad primā. Iambicū dimetrū, Ambrosij

Iam lucis orto sidere
 Deum precemur supplices, **Vt**

Vin di
 Nos ter
 Legum
 Ne litia
 Vifum
 Ne uan
 Sem pura
 Abfita
 Carnia
 Cibi p
 Vi cum d
 Noctie
 Mund
 Ipsi ca
 Deo pa
 Eiusq;
 Cum
 Et nun
 Ad te
 N
 Os, ling
 Confe
 Flamm
 Accu

Ut in diurnis actibus
 Nos seruet a nocentibus.
 Linguam refrenans temperet,
 Ne litis horror infonet.
 Visum fouendo contegat,
 Ne vanitates hauriat.
 Sint pura cordis intima,
 Absistat & uecordia.
 Carnis terat superbiam,
 Cibi potusq; parcitas.
 Ut cum dies abscesserit,
 Noctemq; fors reduxerit,
 Mundi per abstinentiam
 Ipsi canamus gloriam.
 Deo patri sit gloria,
 Eiusq; soli filio
 Cum spiritu paraclito
 Et nunc & in perpetuum. Amen.

¶ Ad tertiã. Carmen ut præcedens. Ambrosij.

Nunc sancte nobis spiritus
 Vnus patri cum filio,
 Dignare promptus ingeri
 Nostro profusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus, uigor,
 Confessionem personent.
 Flammescat igne charitas.
 Accendat ardor proximus.

R 2

Præsa

H Y M N Ij

Præsta pater piissime,
 Patriq; compar unice,
 Cum spiritu Paraclito,
 Regnans per omne seculum. Amen!

¶ Ad sextā. Hodē Carmine. Ambrosius autor:

Rector potens uerax Deus,
 Qui temperas rerum uices,
 Splendore mane instruis
 Et ignibus meridiem,

Extingue flammam litium,
 Aufer calorem noxium,
 Confer salutem corporum,
 Veramq; pacem cordium.

¶ Ad nonā. Simile Carmē eiusdē S. Ambrosij.

Rerum Deus tenax uigor,
 Immotus in te permanens,
 Lucis diurnæ tempora
 Successibus determinans.

Largire clarum uespere,
 Quo uita nusquam decadat:
 Sed præmium mortis sacræ
 Perennis instet gloria.

¶ Ad completoriū. Carmen Iambicū dimetrū.

Tibi lucis ante terminus.
 Rerum creator poscimus.
 Ut solita clementia
 Sis præsul ac custodia.

Procul

Procul recedant omnia,
 Et noctium phantasmata,
 Hestemq; nostrum comprime,
 Ne polluantur corpora.

Præsta pater omnipotens
 Per Iesum Christum Dominum,
 Qui tecum in perpetuum
 Regnat cum sancto spiritu. Amen.

¶ Sequitur Hymni septē de tempore, in quibus
 per totam hebdomadam singula opera cre-
 ationis illius diei commemorantur.

¶ Die dominico. Carmen Iambicum di-
 metrum beati Gregorij.

Lucis creator optime,
 Lucem dierum proferens,
 Primordijs lucis nouæ
 Mundi parans originem!

Qui mane iunctum uesperis
 Diem uocari præcipis,
 Tetrum chaos illabitur,
 Audi preces cum fletibus.

Ne mens grauata crimine,
 Vitæ sit exul munere
 Dum nil perenne cogitat,
 Seseq; culpæ illigat.

Cœlorum pulset intimum,
 Vitale tollat præmium.

R 3

Vite-

H Y M N I.

Vitemus omne noxium.

Purgenus omne pessimum.

¶ Feria secunda. Iambicum dimetrum.

Immense caeli conditor,
Qui mixta ne confunderet
Aquæ fluentia diuidens,
Coelum dedisti limitem.

Firmans locum caelestibus,

Simulq; terræ riuis.

Vt unda flammæ temperet,

Terræ solum ne dissipet.

Infunde nunc pijsime,

Donum perennis gratiæ;

Fraudis nouæ ne casibus

Nos error atterat uetus.

Lucem fides inueniat,

Sic luminis iubar ferat.

Hæc uana cuncta terreat,

Hanc falsa nulla comprimant.

¶ Feria tertia. Iambicum dimetrum.

Telluris ingens conditor,
Mundi solum qui detegens,
Pulsis aquæ molestijs
Terram dedisti immobilem.

Vt germen aptum proferens,

Fuluis decora floribus

Fœcunda fructu listeret.

Psalmus

Pastumq; gratum redderet,
 Mentis perustæ vulnere
 Munda uirore gratiæ,
 Ut facta fletu diluat,
 Motusq; prauos atterat.
 Iussis tuis obtemperet,
 Nullis malis approximet.
 Bonis repleti gaudeat,
 Et mortis ictum nesciat.

¶ Feria quarta. Dinetrum.

Cœli Deus sanctissime,
 Qui lucidum centrum poli
 Candore pingis igneo,
 Augens decoro lumine.

Quarto die qui flammeam
 Solis rotam continens,
 Lunæ ministras ordini
 Vagos recursum siderum.
 Ut noctibus uel lumini
 Diremptionis terminum,
 Primordijs & mensium
 Signum daret notissimum.
 Illumina cor hominum,
 Absterge sordes mentium,
 Resolue culpæ uinculum,
 Euertere moles criminum.

R †

Feria

H Y M N I.

¶ Feria quinta. Iambicum dimetrum.

M Agnæ Deus potentix
 Qui ex aquis ortum genus
 Partim remittis gurgiti,
 Partim leuas in area.

Diuersa limphis imprimens,
 Subuecta cœlis irrigans,
 Vt stirpe una prodiat,
 Diuersa rapiant loca.

Largire cunctis seruis,
 Quos mundat unda sanguinis.
 Nescire lapsus criminum,
 Nec ferre mortis tædium.

Vt culpa nullum deprimat,
 Nullum leuet iactantia.
 Elisa mens ne concidat,
 Elata mens ne corruat.

¶ Feria sexta. Iambicum dimetrum.

P Lascinator hominis Deus
 Qui cuncta solus ordinans,
 Humum iubes producere
 Reptantis & feræ genus.

Qui magna rerum corpora
 Dictu iubentis uiuida,
 Vt seruiant per ordinem
 Subdens dedisti homini.

Repellito a seruis tuis,

Quicquid

Quicquid per immundiciam
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interferit.

Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Dissolue litis uincula,
Astringe pacis foedera:

¶ Sabbatho. Iambicum dimetrum.

Deus creator omnium.
Policq; rector uestiens
Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia,

Artus solutos ut quies

Reddat laboris usui.
Mentesq; fessas alleuet,
Luctusq; soluat anxios,

Grates peractio iam die,
Et noctis exortu preces
Votis (reos ut adiues) |
Hymnum canentes soluimus:

Te cordis ima concinat,
Te uox canora concrepet,
Te diligit castus amor,
Te mens adoret sobria.

Ut cum profunda clauserit
Diem caligo noctium.
Fides tenebras nesciat,

R 5

Et

H Y M N I.

Et nox fideli luceat.
Dormire mentem ne sinas,
Dormire culpa nouerit.
Castos fides refrigerans,
Somni uaporem temperet.
Exuto sensu lubrico.
Te cordis alta somnient,
Ne hostis inuidi dolo
Pauor quietos suscitet.
Christum rogemus & patrem,
Christi patrisq; spiritum.
Vnus potens per omnia
Foue precantes trinitas. Amen.

¶ Sequuntur Orationes ecclesiasticæ, per totũ
annum, quas uulgo Collectas uocant, quæ
spirant adhuc Christianam &
Catholicam Ecclesiam.

DE TEMPORE.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Ver. Vias tuas Domine demonstra mihi.
Et semitas tuas doce me.

EXcita quæsumus Dñe potentiam tuam &
ueni, ut ab imminētib; peccatorũ nostro
rum periculis te mereamur protegente eri
pi, & te liberante saluari. Qui uiuis &c.

Dominica

DOMINICA II.

Ver. Ex Sion species decoris eius.
Deus noster manifeste ueniet.

EXcita Dñe corda nostra ad præparandas
unigeniti tui uias, ut p eius aduētū purifica
tis tibi mentibus seruiamus. Qui uiuis &c.

DOMINICA III.

Ver. Memēto nostri Dñe in beneplacito po-
Visita nos in salutari tuo. (puli tui,

AVrem tuam quæsumus Domine precibus
nostris accōmoda, & mētis nræ tenebras
gratia tuæ uisitacionis illustra. Per Dñm.

COncede q̄sumus omnipotēs Deus, ut qui
sub peccati iugo ex uetusta seruitute de-
primimur, expectata unigeniti filij tui
noua natiuitate liberemur. Per eundē Dñm &c.

IIII.

Ver. Nolite timere pusillanimes,
Deus noster ueniet & saluabit nos.

EXcita quæsumus Dñe potentiam tuā & ue-
ni, & magna nobis uirtute succurre, ut p au-
xiliū gratiæ tuæ, qd nostra peccata p̄pediūt,
indulgentiā tuæ p̄pitiatiōis acceleret. Qui ui-

IN DIE NATIUITA. CHRISTI.

Ver. Puer natus est nobis,
Et filius datus est nobis.

DEus, qui sacratissimā noctē ueri luminis il-
lustratiōe fecisti clarescere, da quæsumus

ORATIONES.

ut cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius
q̄q̄ gaudijs in celo p̄framur. Qui tecū ui.&c.

DA QUÆSUMUS omnipotēs Deus, ut q̄ noua
incarnati uerbi tui luce p̄fundimur, hos
in nostro resplendeat, opere, quod per si
dem fulget in mente. Per Dominum &c.

CONcede quæsumus omnipotēs Deus, ut
nos unigeniti tui noua per carnem natiui
tas liberet, quos sub peccati iugo uetusta
seruitus tenet. Per Dominum &c.

DOMINICA I. POST NA-
tiuitatis Christi.

Ver. Dominus regnauit, decorē indutus est.
Indut⁹ est Dñs fortitudinē et p̄cinxit se.

OMnipotens sempiternē Deus, dirige a-
ctos nostros in beneplacito tuo, ut in no-
mine dilecti filij tui mereamur bonis ope-
ribus abundare. Per Dominum &c.

IN DIE EPIPHANIE.

Ver. Venient ad te qui detrahebant tibi,
Et adorabunt uestigia pedum tuorum.

DEus illuminator omnium gentium, qui ho-
dierna die unigenitum tuum gentibus stel-
la duce reuelasti, da populis tuis perpe-
tua pace gaudere: & illud lumen splendidum in-
funde cordibus nostris, quod trium Magorum
mentibus aspirasti. Per Dominum &c.

Domini-

DOMINICA I. POST EPIPHAS:

Ver. Notum fecit Dominus salutare suum.

In conspectu gentium reuelavit iustitiam suam

V Ora nostra Domine supplicantis populi
tui cœlesti pietate prosequere, ut ea quæ
agenda sunt, uideant, & adimplenda quæ
uiderint conualescant. Per Dominum &c.

DOMINICA II.

Ver. Omnis terra adoret te Deus.

Et psalmum dicat nomini tuo altissime.

O Mnipotens sempiterne Deus, q̄ cœlestia
simul & tereſtria moderaris, supplicatio-
nes nostras clemēter exaudi, & pacem tu-
am nostris concede temporibus. Per Dñm &c.

DOMINICA III.

Ver. Dominus regnauit exultet terra.

Lætentur insulæ multæ.

O Mnipotens & æterne Deus infirmitatē
nostrā ppitius respice, atq; ad ptegendū
nos dexterā tuę maiestatis extende. Per.
DOMINICA IIII.

Ver. Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te ueniat.

Deus q̄ nos in tantis periculis cōstitutos
pro humana scis fragilitate nō posse sub-
sistere: da nobis salutē mentis & corporis,
ut ea quæ pro peccatis nostris nos affligunt,
te adiuuante uincamus. Per Dñm &c.

ORATIONES.

DOMINICA V.

Ver. Domine exaudi orationem &c.

Familia tuā quaesumus Domine, cōtinua pī-
etate custodi: ut q̄ sola spei gratiē celestia
innitit, tua semp ptectione muniat. Per d.

DOMINICA VI.

Ver. Domine exaudi orationem &c.

Conserua populū tuū Deus, & tuo nomi-
ni fac deuotū, ut diuinis subiectis officijs,
& temporalia utiliter, & æterna dona for-
liciter percipiat. Per Dominum &c.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE

Ver. Diligā te Dñe uirtus mea, (berator me.

Dñs firmamētū meū, & refugiū meum, li-
Preces populi tui quaesumus Dñe clemēter
exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris af-
fligimur, pro tui nominis gloria misericor-
diter liberemur. Per Dominum &c.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Ver. Exurge Domine adiuua nos,

Et redime nos ppter nomē sanctū tuū.
Deus qui cōspicis, quia ex nulla nostra acti-
one cōfidimus, cōcede propitius, ut con-
tra omnia mundi picula, & diaboli tenta-
tiones tua benignitate munitamur. Per Dñm &c.

DOM. QVINQVAGESIMAE.

Ver. In te Dñe spāui, nō cōfundar in æternū.
In iusticia tua libera me. Preces

PReces nostras quæsumus Dñe elemēter ex
audi, atq; a peccatorū uinculis absolutos,
ab omni nos aduersitate custodi. Per Do.

DOMINICA I. QUADRAGES.

Ver. Inuocauit me, & ego exaudiam.

Bripiam eum, & glorificabo eum.

DEus q; ecclesiā tuā annua quadragesima
li obseruatōe purificas, p̄sta familię tuę
ut q̄d a te abstinēdo obtinere nititur,
hoc bonis operibus exequatur. Per d.

DOMINICA II.

Ver. Ad te Domine leuauī animam meam.

Deus meus in te cōfido, non erubescam.

DEus qui cōspicis omni nos uirtute de-
stitui, interius exteriusq; custodi, ut ab
omnibus aduersitatibus muniamur in
corpore, & a prauis cogitationibus mū-
demur in mente. Per Dominum &c.

DEus q; delinquentes perire nō pateris,
donec cōuertantur & uiuāt, debitā quę
sumus peccatis nostris suspende uindi-
ctam: & p̄sta propitius, ne dissimula-
tio cumulet ultionē, sed tua pro peccatis mise-
ricordia semper abundet. Per Dominum &c.

DOMINICA III.

Ver. Ad te leuauī oculos meos,

Qui habitas in caelis.

Quæsumus

ORATIONES.

Quæsumus omnipotēs Deus, uota humili
liū respice, atq; ad defensionē nostrā de
xterā tuæ maiestatis extēde. Per Do.
DOMINICA III.

Ver. Ab occultis meis munda me Domine.
Et ab alienis parce seruo tuo.

Concede quæsumus omnipotēs Deus, ut
q; ex merito nostræ actiōis affligimur, tuæ
gratiæ cōsolatiōe respiremus. Per Dom.
DOMINICA V.

Ver. Cæli enarrant gloriam Dei!
Et opa manū eius annūciat firmamētū.

Deus qui ineffabilibus mundū renouas fa
cramētis, præsta quæsumus, ut plebs tua
te largiente temporalibus non destitua
tur auxilijs, & te seruante æternis proficiat insti
tutis. Per Dominum &c.

DOMINICA VI.

Ver. Dñe ne longe facias auxiliū meum a me.
Ad defensionem meam respice.

Omnipotens sempiterne Deus, q; humano
generi ad imitandum humanitatis exem
plum, saluatorem nostrum carnem sume
re, & crucē subire fecisti, concede propitiū, ut &
patientie ipsius habere documēta, & resurrectio
nis consortia mereamur. Per eundē Dñm &c.

COLLECTA PER HEBDO
madam Passionis Domini. Ver

I.

Ver. Iudica Domine nocentes me,
Expugna impugnantes me.

DA quæsumus omnipotens Deus, ut qui
in tot aduersis ex nostra infirmitate de-
ficimus, intercedete unigeniti tui passio-
ne respiremus. Per eundem Dominum &c.

II.

Ver. Eripe me de inimicis meis,
Domine ad te confugi.

OMnipotens æterne Deus, da nobis ita
dominicæ passionis sacramenta perage-
re, ut peccatorum nostrorum indulgen-
tiam percipere meremur. Per eundem &c.

III.

Ver. Domine exaudi orationem meam, &c.
DEus qui pro nobis filium tuum crucis pa-
tibilū subire uoluisti, ut inimici a nobis
expelleres potestatem: concede nobis fa-
uulis tuis, ut per eiusdem filij tui passionem a
morte perpetua liberemur. Amen.

III.

Ver. Caro mea uere est cibus,
Et sanguis meus uere est potus,
DEUS q nobis sub sacramēto mirabili, pas-
sionis tuæ memoriā reliquisti, tribue quæ-
sumus ita nos corporis & sanguinis fa-
s cra my

S

cra my

ORATIONES.

era mysteria uenerari, ut redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui uiuis &c.

V.

Ver. Proprio filio suo non pepercit Deus,
Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Duspensus p redēptiōe generis humani p
priū sanguinē fudisti, miserere nobis op
p̄ssis facinori & sorditatis, & p̄sta ut p sanctissi
mā passionē & mortē tuā, cōtra oēs diaboli &
peccatorū insidias nos tuearis: q̄ mortuus es, &
resurrexisti, & uiuis De⁹ p oīa secula benedict⁹.

VI.

Ver. Dominus conterens bella,
Dominus nomen illi.

DEus qui nos ad celebrandū paschale sa
cramētū utriusq; testamēti paginis instrui
is, da nobis intelligere misericordiā tuā
ut ex p̄ceptione præsentiū munerū firma sit ex
spectatio futurorum. Per Dominum &c.

IN DIE PASCHAB.

Ver. In resurrectione tua Christe Alleluia,
Cælum & terra lætentur Alleluia.

DEus qui p unigenitū tuū æternitatis no
bis aditū deuicā morte referasti, uota no
stra quæ præueniēdo aspiras, etiā adiu
uando prosequere; ut & perfectam libertatem
confe-

consequi mereamur, & ad uitam proficiamus æternam. Per Dominum &c.

Deus qui hodiernū diē gloria dominicæ resurrectionis illustras, cōserua in nouē familitæ tuę pgenie adoptionis spiritū quē dedisti: ut mēte & corpore renouati, purā tibi exhibeat seruitutem. Per Dominum &c.

DOMINICA I. POST PASCHA.

Ver. Pascha nostrū immolat⁹ est Christus, Epulemur i azymis synceritatis & ueritatis.

Deus qui ecclesā tuā nouo semper foetu legitificas, quicq; paschale sacramentū in reconciliationis humanæ foedere contulisti: da mentibus nostris, ut qd professione celebramus, imitemur effectū. Per Dominum &c.

II.

Ver. Constremini Domino quoniam bonus, Quoniam in seculum misericordia eius.

Deus qui in filij tui humilitate iacentē mūdū erexisti, fidelib⁹ tuis ppetuū cōcede legiticiā: ut qs ppetuę mortis eripuisi castibus, gaudijs facias sempiternis pfrui. Per Dñm.

III.

Ver. Iubilare Deo omnis terra alleluia, Psalmum dicite nomini eius alleluia.

Deus q̄ errātib⁹, ut in uia possint redire iusticię, ueritatis tuę lumen ostendis: da

S 2 cun-

ORATIONES.

cunctis qui Christiana professione censentur, & illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari. Per Dominum &c.

III.

Ver. Cantate Dño canticū nouum Alleluia.
Quia mirabilia fecit, Alleluia.

DEus qui fidelium mentes unius efficit uoluptatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod præmittis, ut inter mundanas uarietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi uera sunt gaudia. Per Dominum &c.

V.

Ver. Vocē iucunditatis annunciate, Alleluia.
Quoniam liberauit Dñs populū suū, Alleluia.

DEus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum &c.

IN DIE ASCENSIONIS.

Ver. Omnes gentes plaudite manibus, Alleluia.
Iubilate Deo in uoce exultationis, Alleluia.

CONcede quæsumus omnipotens Deus, ut qui hodierna die unigenitum tuum caelos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in caelestibus habitemus. Per Dominum &c.

DEus cuius filius in alta caelorum poterat ascendens, captiuitatem nostram sua duxit uirtute

tute captiuam, tribue quæsumus, ut dona quæ fu-
is participibus cõtulit, largiatur & nobis Domi-
nus noster Iesus Christus, Qui tecum &c.

DO. POST ASCENSIONIS Dñi,

Ver. Dñs illuminatio mea, & salus mea.

Qvem timebo?

Omnipotēs sempiternæ De⁹, fac nos tibi
semp & deuotā gerere uolūtātē, & ma-
iestati tuę sincero corde seruire. Per.

Ver. Loquebantur uarijs linguis Apostoli,
Magnalia Dei.

Prestā quæsumus omnipotēs De⁹, ut claritatis
tuæ sup nos splēdor effulgeat, & lux tuę lu-
cis corda eorū, q̄ p̄ gratiā tuā renati sunt
sancti spirit⁹ illustratiōe cõfirmet. Per Dñm &c.

IN DIE TRINITATIS.
Ver. Benedicam⁹ patrē & filiū cū sancto spiritu
Laudemus & superexaltem⁹ eū in secula.

Omnipotēs sempiternæ de⁹, q̄ dedisti famu-
lis tuis in cõfessiōe uerę fidei c̄ternę trin-
tatis gloria agnoscere, & in potētia mate-
statis adorare unitatē, quæsumus ut eiusdē fidei
firmitate ab oib⁹ semp munitamur aduersis. Amē

Ver. Domine in misericordia tua speraui,
Et exultauit cor meum in salutari tuo.

§ § Deus

ORATIONES.

Deus sperantiū fortitudo, adesto propiti⁹
 inuocationibus nostris: & q̄a sine te nihil
 potest mortalis infirmitas, p̄sta auxiliū
 gratiē tuę, ut in exequēdis mādatis tuis & uolun
 tate tibi & actiōe placeamus. Per Dñm nostrū le
 sum Christū filiū tuū, q̄ tecū uiuit et regnat in uni
 tate spirit⁹ sancti De⁹ p̄ oia secula seculorū, Amē

II.

Ver. Diligam te Domine uirtus mea,
 Dñs firmamētū meū & refugiū meum.

Sancti nominis tui Dñe timorē parit & amo
 rem fac nos habere p̄petuū: quia nunq̄ tua
 gubernatiōe destituis, q̄s in soliditate tuę di
 lectiōis instituis. Per Dominum &c.

III.

Ver. Respice in me & miserere mei,
 Quoniam unicus & pauper sum ego.

Protector nosster in te sperantiū Deus, sine
 quo nihil est ualidū, nihil sanctū, multipli
 ca super nos misericordiā tuā: ut te rectore
 te duce, sic trāseam⁹ p̄ bona tēporalia, ut nō amis
 tam⁹ eterna. Per Dñm &c.

IIII.

Ver. Adiua nos Deus salutaris nosster:

Et pp̄t honorē noīis tui dñe libera nos.

Da nobis q̄sum⁹ ut & mūdi cursus pacifice
 nobis tuo ordine dirigat, & ecclesia tua
 trāquilla deuotione lætetur. Per Dñm.

Ver:

V.

Ver. Protector noster aspice Deus,
Et respice super seruos tuos:

DEus q̄ diligētibus te bona inuisibilia p̄-
parasti, infunde cordib⁹ nostris tui amo-
ris affectū, ut te in omnib⁹ & sup̄ oīa di-
ligētes, p̄missiones tuas q̄ omne deside-
riū exuperāt, consequamur. Per Dominum &c.

VI.

Ver. Dominus fortitudo plebis suæ,
Et protector salutarium Christi sui est.

DEus uirtutū, cuius est totū qd̄ est opti-
mū, Inere pectoribus nostris amorē tui
nominis, & presta in nobis religiōis au-
gmētū, ut q̄ bona sunt nutrias, ac pietat-
is studio q̄ sunt nutrita custodias. Per Dñm &c.

VII.

Ver. Omnes gentes plaudite manibus,
Iubilare Deo in uoce exultationis.

DEus cuius puidencia in sui d̄spōsitione
nō fallitur, te supplices exoram⁹, ut no-
xia cuncta submoueas, & omnia nobis
profutura concedas. Per Dñm.

VIII.

Ver. Suscepimus Deus misericordiam tuam
In medio templi tui.

LArgire nobis quæsumus Dñe semp̄ spiritū
S 4 cogi-

ORATIONES.

cogitandi quæ recta sunt propitius & agendi: ut
qui sine te esse non possumus, secundum te uiue-
re ualeamus. Per Dominum &c.

IX.

Ver. Ecce Deus adiuuat me,
Et Dominus susceptor est animæ meæ.

Pateant aures misericordiæ tuæ Domine p̄
cibus supplicantiū, & ut petentibus deside-
rata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita
postulare. Per Dominum &c.

X.

Ver. Dum clamarem ad Dominum,
Exaudiuit uocem meam.

Deus q̄ omnipotentiā tuā parcēdo maxime
& miserēdo manifestas, multiplica super
nos gratiā tuā: ut ad tua p̄missa currētes
cœlestiū bonorū facias esse cōsortes. Per Do. &c.

XI.

Ver. Ad te Dñe clamaui, De⁹ meus ne sileas,
Ne discedas a me.

Omnipotens sempiterne De⁹, qui abun-
dantia pietatis tuæ, & merita supplicū
excedis & uota, effunde sup nos miseri-
cordiā tuā: ut dimittas q̄ cōsciētia metu
t, & adijcias q̄ oratio non p̄sumit. Per Dñm &c.

XII.

Ver. Benedicam Dominū in omni tempore,
Semper laus eius in ore meo.

Omnipotēs & misericors Deus, de cuius munere uenit, ut tibi a fidelibus tuis di-
gne & laudabiliter seruiatur, tribue q̄-
sumus nobis, ut ad promissiones tuas q̄-
ne offensione curramus. Per Dominum &c.

XIII.

Ver. Deus Deus salutis meæ,
In die clamaui & nocte coram te.

Omnipotēs sempiternæ De⁹, da nobis fī
dei, spei, et charitatis augmētū, ut mere-
amur assequi q̄d pmittis, fac nos ama-
re q̄d præcipis. Per dominum &c.

XIIII.

Ver. Domine refugium factus es nobis
A generatione in generationem.

Custodi q̄sum⁹ Dñe ecclesiā tuā, ppiciatio-
ne ppetua: & q̄a sine te labis humana mor-
talitas, tuis semp auxilijs & abstrahat a
noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dñm &c.

XV.

Ver. Bonum est confiteri Domino,
Et psallere nomini tuo altissime.

Ecclēsiā tuā Domine miseratio continua-
ta mundet & muniat: & quia sine te nō po-
test salua consistere, tuo semper munere gu-
bernetur. Per Dominum nostrum &c.

XVI.

S s

Ver.

ORATIONES.

Ver. Domine in auxilium meum respice.
 Confundatur qui quærent animam meam.
Tua Domine quæsumus gratia semp pueniat
 & sequatur, ac bonis operibus iugiter nos
 præstet esse intentos. Per Dñm &c.

XVII.

Ver. Iustus es Domine,
 Et rectum iudicium tuum.
Dia quæsumus Domine populo tuo diabolica
 uitare contagia, & te solū Deū pura men
 te sectari. Per Dominum &c.

XVIII.

Ver. Dirigatur oratio mea,
 Sicut incensum in conspectu tuo.
Dirigat corda nostra quæsumus Domine tuæ mi
 serationis operatio, quæ tibi sine te place
 re non possumus. Per Dominum &c.

XIX.

Ver. Si ambulauero in medio umbræ mortis,
 Non timebo mala.
Omnipotēs & misericors Deus, uniuersa no
 bis aduersantia ppiciat⁹ exclude: ut men
 te & corpore pariter expediti, quæ tua
 sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

XX.

Ver. Oculi omnium in te sperant Domine,
 Et tu das illis escam in tempore.

Largire

Largire quesumus Dñe fidelibus tuis indulgentiã placatus & pacẽnt pariter ab omnibus mundemur offensis, & secura tibi mente deseruiatur. Per Dominum &c.

XXI.

Ver. In salutari tuo anima mea.
Et in uerbo tuo super speraui.

Familiam tuã quesumus Dñe, cõtina pietate custodi: ut a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, & in omnibus actibus tuo nomini sit deuota. Per Dominum &c.

XXII.

Ver. Ostende nobis Dñe misericordiã tuam.
Et salutare tuum da nobis.

Deus refugiũ nostrũ & uirtus, adesto pijs ecclesie tuæ precibus, autor ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per Dominum &c.

XXIII.

Ver. In Deo laudabimus tota die,
Et nomini tuo constebimus tota die.

Excita quesumus Dñe tuorũ fidelium uoluntates, ut diuini operis fructum propensius exequentes pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum &c.

XXIIII.

Ver. Si iniquitates obseruaueris Domine.
Domine quis sustinebit? Ab

ORATIONES.

Absolue quæsumus Dñe tuorū dēlicta populorū, ut a peccatorū nostrorū nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum &c.

XXV.

Ver. Benedixisti Domine terram tuam,
Avertisti captiuitatem Iacob.

Omnipotēs sempiternæ De⁹, q̄ p̄ gratiā tuā corporib⁹ mederis et mētib⁹, mātē statē tuā supplices exoram⁹, ut unigeniti filij tui meritis placat⁹, & p̄sentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per eundem &c.

ORATIONES DE SANCTIS,
IN DIE NATALITIO

Ioannis Baptistæ.

Ver. Fuit homo missus a Deo,
Cui nomen erat Ioannes.

Presta quæsumus omnipotēs De⁹, ut familia tua per uīā salutis incedat, & beati Ioannis præcursoris tui hortamēta sectando, ad eū quem prædixit, securo pueniat. Per Dom. &c.

IN DIE PETRI ET PAULI.

Ver. In omnem terram exiuit sonus eorum,
Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Deus qui ecclesiā tuā apostoli tui Petri fide & nomine consecrasti, quiq̄ illi beatū Paulū ad prædicandū gentibus gloriam tuam

tuū sociare dignatus es: cōcede, ut omnes q Apo-
stolorum tuorū memoriā agimus, spiritali re-
muneratione ditemur. Per Dominum &c.

IN DIE MAGDALENÆ.

Ver. Dimissa sunt ei peccata multa,
Quoniam dilexit multum.

L Argire nobis clemētissime Deus, ut sicut
Maria Magdalena dñm nostrū Iesum Chri-
stū super omnia diligēdo suorū obtinuit ve-
niam peccatorū: ita nos quoq; apud tuam miseri-
cordiam, perpetuam impetremus beatitudinem
Per eundem Dominum &c.

IN DIE SANCTI LAURENTII.

Ver. Gloria & honore coronasti eū Dñe.
Et cōstituisi eū sup opa manū tuarum.

D A nobis quæsumus omnipotēs Deus vi-
torū nostrorū flammās extinguerē, qui
beato Laurētio tribuisti tormentorū su-
orum incendia superare. Per Dominum &c.

ASSUMPTIONIS MARIÆ.

Ver. Ave Maria gratia plena &c.

V enerāda nos Dñe beatæ Mariæ festivi-
tas lætificet, quæ mortē subiit tempora-
lem: nec tamen mortis nexibus deprimi
potuit, quæ filiū tuū de se genuit incarnatum, &
credidit saluatorem. Per Dominum &c.

DE SANCTO BARTOLOMEO.

Ver.

ORATIONES.

Ver. Nimis honorati sunt amici tui Deus,
Nimis confortatus est principatus eorū.
Omnipotēs sempiternę De⁹, qui hui⁹ dię
uenerādā sanctāq; lętiā in beati Apōsto
li tui Bartholomęi festiuitate tribuisti:
da ecclesię tuę q̄sum⁹, & amare qđ credidit, & p̄
dicare qđ docuit, Per Dominū Iesum Chri. &c.

NATIVITATIS MARIÆ.

Ver. Ave Maria &c.

Familis tuis Dñę celestis gratię mun⁹ im
ptire, ut qb⁹ Beatę Marię uirginis part⁹ sa
lutis extitit exordiū, natiuitatis ei⁹ uotiu
solēnitas pacis tribuat incrementū, Per do.

IN DIE SANCTI MICHAELIS.

Ver. Benedicite Domino omnes angeli eius,
Potentes uirtute qui facitis uerbū eius.

Deus q̄ miro ordine angelorū ministeria
hoimq; dispensas, cōcede ppitius, ut a q̄
bus tibi ministrātib; in cōelo semp assi
statur, ab his in terra nostra uita muniatur, Per.

IN DIE SANCTI LUCÆ.

Ver. In omnem terram &c.

Pręsta q̄sum⁹ omnipotēs Deus, ut sicut de
uote populus tuus sancti Lucę Apōstoli &
Euāgelistę tēporalē solēnitatē obseruat, ita
p̄fruaturnęternā: & qđ uotis amātissime celebrat,
pio cōprehendat affectu, Per Dominum &c.

In die

IN DIE SIMONIS ET IVDÆ.

Ver. Cōstitues eos principes sup omnē terrā,
Memores erunt nominis tui Domine.

DEus, qui nos p̄ beatos apostōlos tuos Si-
monē & Iudā ad agnitiōnē tui nominis
uenire tribuisti, da nobis eorū gloriā
sempiternā & proficiendo celebrare, & cele-
brando proficere. Per Dominum &c.

IN DIE OMNIIVM SANCTOR.

Ver. Exultent iusti in conspectu Dei,
Et delectentur in læticia.

OMnipotēs sempiternæ De⁹, qui nos oēs
sanctos tuos sub una tribuisti celebra-
te uenerari: quęsumus, ut desideratā no-
bis tuę pp̄ciatiōis abūdatiā multiplicatis fidei
& uirtutū exemplis largiaris. Per Dñm &c.

IN DIE ANIMARVM.

Ver. Iustorum animæ in manu Dei sunt,
Et non tanger illos tormenū malitię.

DEus, qui nos p̄ os sancti Pauli Apostoli
tui de obdormientibus in Christo nō cō-
tristā os docuisti, p̄sta quęsumus, ut cum
omnibus fidelib⁹ defunctis adueniente filio tuo
Dño nostro Iesu Christo, ad æterna gaudia fœli-
citer perducamur. Per eundem &c.

DE SANCTO STEPHANO.

Ver. Captabant in animam iusti,
Et sanguinē innocentē condemnabant.

ORATIONES.

DA nobis quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus & inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus, quod nouit etiam persecutoribus exorare. Per Dominum &c.

DE SANCTO IOHAN. EVAN.

Ver. Cibauit illum Dominus pane uitæ & intellectus, Et aqua sapientie salutaris potauit illum.

ECclesiam tuam quæsumus Domine benignus illustra, ut beati Iohannis Apostoli tui & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum &c.

DE INNOCENTIBVS.

Ver. Iustorum anime in manu Dei sunt, Et non tanget illos tormentum malicie,

DEus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis uitiorum mala mortifica, ut fide tuam quam lingua nostra loquitur, etiam uita moribus fateatur. Per Dominum &c.

IN DIE CONVERSION. PAULLI.

Ver. In omnem terram, &c.

DEus qui uniuersum mundum beati Pauli Apostoli predicatione docuisti, da nobis quæsumus, ut cuius conversionem colimus, eius ad te exemplo gradiamur. Per Dominum &c.

IN DIE PURIFICATIONIS.

Ver. Magnus Dominus & laudabilis nimis.
In ciuitate

In ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
Omnipotēs Deus, maiestātē tuā supplices
 exoramus, ut sicut unigenitus tuus filius
 cū uostræ carnis substātia in templo p̄sen
 tat⁹ est, iustusq; Simeon mortē nō uidit, priusq;
 Christū Domini uidere mereretur, ita nos facias
 tibi purificatis mentibus præsentari, & uitā ob
 tinere sempiternam. Per eundem &c.

¶ IN DIE ANNUNCIATIONIS
 tionis Mariz.

Ver. Aue Maria gratia &c.

Deus, q de beatę Marię uirginis utero ue
 rē bñ tuū angelo nunciante carnē suscipere
 uoluisti: præsta supplicibus tuis, ut q ue
 re eā Dei genitricē credimus, eius fidē imitātes
 eternā beatitudinē consequamur. Per Dñm &c.

¶ IN DIE SANCTI MARCI.

Ver. Constitues eos principes &c.

Deus qui beatū Marcū Euangelistā tuum
 Euāgelicę p̄dicationis gratia sublimasti,
 tribue quęsumus eius nos semp eruditi
 one proficere, & fide fulciri. Per Dñm &c.

¶ IN DIE PHILIP. ET IACOBI.

Ver. Exultate iusti in Domino,
 Rectos decet collaudatio.

Deus q nos annua apostolorū tuorū Phi
 lippi & Iacobi solēnitare igitificas, p̄sta
 T quz

ORATIONES.

quæsumus, ut quorum uirtutibus gaudemus, eorum instruiamur exemplis. Per Dominū &c.

DE APOSTOLIS.

Ver. Cæli enarrant gloriam Dei.

Et opa manuum eius annūciat firmamentū.

D Nobis quæsumus æterne Deus, beati N. apostoli tui solennitate gloriari, ut illius fidei confessionem congrua deuotione sedemur. Per Christum &c.

DE MARTYRIBVS.

Ver. Vili sunt oculis insipientium mori,

illi autem sunt in pace.

P Ræta quæsumus omnipotēs De⁹, ut q̄ gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, in æterna læticia de illorum societate gaudeamus. Per Dominum &c.

DE CONFESSORIBVS.

Ver. Iustum deduxit dominus per piā rectam,

Et ostendit illi regnum Dei.

E Xaudi Dñe p̄ces nostras, quas in sancti. N. confessoris tui festiuitate deferimus: ut qui tibi digne meruist famulari in terris, per illius ad te exempla gradiamur. Per Dominū &c.

DE VIRGINIBVS.

Ver. Specie tua & pulchritudine tua,

O Intende prospere, procede & regna, Omnipotēs De⁹, qui infirma mūdi eligis, ut for-

ut fortia queq; confundas. q; inter cetera potentie tue miracula, etiã in fragili sexu uictoria marie tui cotulisti: exaudi nos qsumus, ut sicut de beata uirginis. N. festiuitate gaudemus, ita pax in te deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm &c.

¶ ORATIONES PRO VARIIS.
 ¶ PRO PECCATORVM RE
 MISSIONE.

Ver. De profundis clamaui ad te Domine,
 Domine exaudi uocem meam.

EXaudi que sumus Domine suppliciu pces,
 & consentiu tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentia tribuas benignus & pacem. Per Dominum &c.

Parce Dñe parce peccatis nostris: & quamuis incessabiliter delinquentibus cotinua poena debeatur: p̄sa que sumus, ut qd ad perpetuu meremur exitiu, a nobis trãseat ad correctionis auxilium. Per Dominum &c.

¶ PRO SALVTE PROXIMI.

Ver. Iustus es Dñe, & rectu iudiciu tuu, (tua.
 Fac cu seruo tuo secundu misericordiam
OMnipotens Deus, miserere famulo tuo, & dirige eum secundu clementia tua in uia salutis eternae, ut te donante tibi placita cupiat, & tota uirtute perficiat. Per Dominu.

T e Pro

ORATIONES.

PRO PACE.

Ver. Fiat pax in uirtute tua,
Et abundantia in turribus tuis.

Deus a quo sancta desideria, recta cōsilia & iusta sunt opa, da seruis tuis illā quā mundus dare nō potest pacē: ut & cōrda nra mādatis tuis sint dedita, & hostiū sublata formidine, sint tua protectione tranquilla. Per Dñm.

PRO AGNOSCENDA ueritate.

Ver. Ad te leuaui oculos meos,
Qui habitas in caelis.

Insunde quæsumus Dñe famulis tuis spiritus ueritatis & pacis, ut quæ tibi placita sunt, toto corde cognoscant, & agnita tota uirtute sentiant. Per eiusdem &c.

CONTRA ADVERSITATES.

Ver. Redime nos Deus Israel,
Ex omnibus iniquitatibus nostris.

Deus qui contritorū nō despicias gemitū, & merentiū non spernis affectū, adesto precibus nostris, quas tibi p. tribulatione nostra effundimus, easq; clemēter suscipere dignare; ut quicquid cōtra nos diabolicæ atq; humane molitūtur aduersitates ad nihilū redigatur & consilio tuæ pietatis allidatur: ut nullis infectionibus læsi, in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus. Per Dominum &c.

Contra

¶ CONTRA SVBITANEAM MORTE

Ver. Qui regis Israel intende,
 Qui ducis uelut ouem Ioseph,
O Mnipotēs & misericors De^s, respice p-
 piti^o populū tuū maieitati tue subiectū, et
 ne nos furor intempestiuę mortis inueni-
 at, dextera tue p̄piciatiōis custodiat. Per Dñm.

¶ PRO CAPTIVIS.

Ver. Domine exaudi orationem. &c.
D Eus, qui beatū Petrū apostolum a vincu-
 lis absolutū, illæsum abire fecisti, famu-
 lorū tuorū. N. in captiuitate positorum
 uincula solue, nosq; de illorum liberatione cito
 iustifices. Per Dominum &c.

¶ PRO MORITVRIS.

Ver. Secūdū multitudinē miserationū tuarū. Dñe
 Dele iniquitates nostras.

O Mnipotēs Deus cōseruator animarū, qui
 q̄s diligis corripis: & quos corripis, pie
 ad emēdationē coerces: gratias agimus tibi
 multiplices, & cōfisi de tua pietate gloriosa,
 p̄camur, ut misereri digneris famulo tuo, ne p̄ua-
 leat aduersarius animæ illius, sed hec transitū me-
 reatur ad uitam æternam. Per Dominum &c.

¶ PRO INIMICIS.

Ver. Dñe exaudi orationē &c.
D Eus, pacis, charitatisq; amator & custos,
 T 3 d 2

ORATIONES.

Da omnibus inimicis nostris pacem, charitatēq̄
ueram: cunctorumq̄ eis tribue remissionē pecca-
torum, & nos ab eorum insidijs potenter eripe.
Per Dominum &c.

¶ PRO CHARITATE.

Ver. Exurgat Deus, & dissipentor inimici,
Et fugiāt qui oderūt eum a facie eius.

Deus qui diligentibus te, facis cuncta pro
desse, da cordibus nostris inuolabilem
charitatis affectum, ut desideria de tua
inpiratione concepta, nulla possint maleuola
tentatione mutari. Per Dominum &c.

¶ PRO CASTITATE.

Ver. Cor mundū crea in nobis Deus,
Et spiritū rectū innoua in uiscerib⁹ nris.

VRe igni sancti spiritus renes nostros & co-
gitatiōes nostras, ut pudicitie & sanctimo-
niæ nouitate reflorescente carne nostra
tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde
placeamus. Per Dominum &c.

¶ PRO HVMILITATE.

Ver. Domine exaudi &c.

Deus, qui superbis resistis, humilibus asti-
das gratiā: auge in nobis ueræ humilita-
tis uirtutem, cuius formā in se credenti-
bus unigenitus tuus exhibuit, ut nunquā indi-
gnationem tuam prouocemus elati. Per eundē.

Contra

ORATIONES.

148

CONTRA ECCLESIAE
ADVERSITATES.

Ver. Domine exaudi orationem &c.

Felestæ tuæ quæsumus Domine pces placatus admitte, ut destruis spiritu oris tui hostibus, & erroribus uniuersis, secunda & Christiana tibi seruiat libertate. Per Dominum &c.

Quæsumus Domine preces nostras placatus admitte, & in protectione ecclesiæ tuæ antiqua brachij tui operare miracula, ut Antichristi, omniumque inimicorum elidas superbiam, & eorum audaciã dextere tuæ uirtute prosternas. Per Dominum &c.

ORATIONVM FINIS.

T 4

INDEX PSALMORVM.

A	D Dñm cū tribularer clamaui, Psalm⁹	119
	Ad te Domine leuaui	24
	Ad te Domine clamabo	27
	Ad te leuaui oculos	122
	Afferre Domino	28
	Attendite popule meus	77
	Audite hæc omnes gentes	48
	B.	
	Beati immaculati in uia	118
	Beati omnes qui timent	127
	Beati quorum remissæ	31
	Beatus uir qui non abiit	1
	Beatus qui intelligit super egenum	40
	Beatus uir qui timet Dominum	111
	Benedic anima mea Domino et omnia	102
	Benedic anima mea Domino Domine	103
	Benedixisti Domine terram	84
	Benedictus Dominus Deus meus	143
	Benedicam Dominum in omni tempore	33
	Bonnum est confiteri	91
	C.	
	Cantate Domino canticum nouum cantate.	95
	Cantate Dño canticū nouū quia mirabilia	97
	Cantate Domino canticum nouū laus eius	148
	Cœli enarrant gloriam	18
	Constituemur tibi	76
	Confite-	

INDEX.

Confitebor tibi Dñe in toto corde meo narra.9	
Confitebor tibi Dñe in to.cor.meo in confi.110	
Confitebor tibi Dñe in t. c.m.qm̄ audisti	163
Confitemini Domino & inuocate	104
Confitemini Domino quoniam	105
Confitemini Domino quoniam bonus	106
Confitemini Domino quoniam bonus	117
Confitemini Domino quoniam	135
Conserua me Domine	15
Credidi propter quod locutus sum	117
Cum inuocarem exaudiuis.	4
D.	
De profundis clamaui	129
Deus auribus nostris	43
Deus Deorum Dominus	49
Deus Deus meus respice	21
Deus Deus meus ad te de luce vigilo	62
Deus in adiutorium meum	69
Deus in nomine tuo saluum	53
Deus iudicium tuum regi da	71
Deus laudem meam	108
Deus misereatur nostrā	66
Deus noster refugium	45
Deus quis similis erit tibi	82
Deus repulisti nos	59
Deus stetit in synagoga	31
Deus uenerunt gentes	78
T §	Deus

I N D E X.

Deus ultionum Dominus	93
Dilexi quoniam exaudiet	114
Diligam te Domine fortis.	17
Dixi custodiam	38
Dixit Dominus Domino meo	109
Dixit iniustus ut delinquetur	35
Dixit insipiens in corde	13
Dixit insipiens in corde	52
Domine clamaui ad te	140
Domine Deus meus in te	7
Domine Deus salutis meæ	87
Domine Dominus noster	8
Domine exaudi orationem meã & clamor	101
Domine exaudi orationẽ meã auribus	148
Domine in uirtute tua	20
Domine ne in furore tuo	60
Domine ne in furore tuo	37
Domine non est exaltatum	130
Domine probasti me	138
Domine quid multiplicasti	3
Domine quis habitabit	14
Domine refugium factus	89
Domini est terra &	22
Dominus illuminatio meã	36
Dominus regit me	22
Dominus regnauit, decorẽ indu,	92
Dominus regnauit, exulter.	96
Dominus	

INDEX:

Dominus regnavit, irascantur	98
E.	
Ecce nunc benedicite	133
Ecce quam bonum	132
Eripe me de inimicis	58
Eripe me Domine	139
Eructavit cor meum	44
Exaltabo te Domine	29
Exaltabo te Deus meus	144
Exaudias te Dominus	19
Exaudi Deus deprecationem	60
Exaudi Deus orationem	54
Exaudi Deus orationem meam cum depre.	63
Exaudi Deus iusticiam	16
Expectans expectavi	29
Exultate Deo adiutori	80
Exultate iusti Domino	32
Exurgat Deus, & dissipet,	67
F.	
Fundamenta in montibus	86
I.	
In convertendo Dominus	125
Inclina Domine aurem,	85
In Domino confido	10
In exitu Israel. Non nobis Domine	113
In te Domine speravi	30
In te Domine speravi non confundar	70
Iubilare	

INDEX.

Iubilate Deo omnis terra	89
Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino	99
Iudica Domine nocentes	34
Iudica me Deus & discerne	42
Iudica me Domine	27
L.	
Lauda anima mea Dominum	148
Lauda Hierusalem	148
Laudate Dominum de caelis	147
Laudate Dominum in sanctis	149
Laudate Dominum omnes gentes	116
Laudate Dominum quoniam bonus	146
Laudate nomen Domini	134
Laudate pueri Dominum	112
Lætatus sum in his	121
Leuaui oculos meos in montes	120
M.	
Magnus Dominus & laudabilis	47
Memento Domine Dauid	131
Misericordiam & iudicium	100
Misericordias Domini	88
Miserere mei Deus, secundum	50
Miserere mei Deus, quoniam	58
Miserere mei Deus, miserere	56
N.	
Nisi Dominus edificauerit	128
Nisi quia Dominus erat in nobis	129
	Noli

INDEX.

Noli æmulari in malignantibus;	38
Nonne Deo subiecta	61
Notus in Iudæa Deus	75
O.	
Omnes gentes plaudite	46
P.	
Paratum cor meum	107
Q	
Quare fremuerunt gentes	2
Quam bonus Israel Deus	72
Quam dilecta tabernacula	83
Quemadmodum desiderat	41
Qui confidunt in Domino	124
Quid gloriaris in malicia	51
Qui habitat in adiutorio altissimi	90
Qui regis Israel	79
S.	
Saluum me fac Deus, quoniam defecit	11
Saluum me fac Deus, quoniam in	68
Sæpe expugnaverunt me	128
Si uere utiq; iustitiam	57
Super flumina Babylonis	136
T.	
Te decet hymnus Deus	64
V.	
Venite exultemus Domino	94
Verba mea auribus percipe	3
Voce	

INDEX.

Voce mea ad Dominum	76
Voce mea ad Dominum clamaui	141
Vsq̄quo Domine obliuisceris	12
Vt quid Deus repulisti	73

INDEX ALIORVM CANTI- corum post Psalmos.

Audite coeli quæ loquor. Folio	105
Benedictus Dominus Deus	111
Benedicite omnia opera Domini	110
Cantemus Domino gloriose	104
Confitebor tibi Domine	108
Domine audiut audicionem	109
Ego dixi in dimidio	108
Exultauit cor meum	107
Magnificat anima mea Dominum	111
Nunc dimittis seruum	112
Quicumq̄ uult saluus esse	112
Te Deum laudamus	112
Venite exultemus Domino	114

INDEX HYMNORVM.

Ad cœnam agni prouidi. Folio	125
A solis oru cardine	116
Audi benigne conditor,	119
	Chorus

I N D E X.

Chorus nouæ	125	Magne Deus	132
Christe qui lux	120	Nunc sancte no.	130
Clarum decus iesu. ibi.		O lux beata	128
Cœli De' sanctific.	132	Pange lingua, vulgo	
Conditor alme si	116	crux fidelis	122
Corde natus	117	Pange lingua de cor-	
Crux fidelis. quere pan-		pore Christi	128
ge lingua	122	Plasmator ho.	132
Deus creator	133	Reſtor potens	130
Dies absoluti	118	Rerū Deus tenax	ibi.
Ex more docti	119	Rex Christe ſa.	123
Festum nūc cele.	126	Rex glorioſe	129
Gloria laus &	122	Salue festa dies	124
Herodes hostis	118	Somno reſectis	130
Iam lucis orto	129	Te lucis ante	ibi.
Iesu corona uirgi.	ibi.	Telluris ingens	131
Iesu nostra redēp.	127	Veni redēptor	115
Iesu quadragenā.	124	Veni creator	127
Iesu redemptor ſc.	126	Verbū supernū	115
Inuentor rutili	124	Vexilla regis p.	129
Immenſe cœli con.	131	Vita ſanctorum	126
Lucis creator	ibi.	Vox clara ecce	116

Finit indicis.

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel

0

1

2

3

4



Gray Scale

Herzog August Bibliothek

Wolfenbüttel

Gray Scale



A. J. Z. 1.

**Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel**

Gray Scale



0 1 2 3 4

Herzog Augustus
Bibliothek
Wolfenbüttel

Gray Scale

2

1

0